




# Brevis ac dilucida Burgundi[a]e Superioris, quae comitatus nomine censemur, descriptio,

<https://hdl.handle.net/1874/453031>



**Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:**

<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:**

- de rug van het boek
  - de kopsnede
  - de frontsnde
  - de staartsnede
  - het achterplat

**This book is part of the Van Buchell Collection  
Huybert van Buchell (1513-1599)**

**More information on this collection is available at:**


<http://repertorium.library.uu.nl/node/2732>

**Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:**

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board


T oct.  
**118**

U.B.U.




4  
Hinkley






Geographi et Itineratores

Octavo n°. 116.





sequana sive fluv. y poyas et la manche aussi  
maghana le manche fluv. y poyas  
ligeris loire. sequana sive ~~fluv.~~ y orbans  
garonne l'etang ab aquitania d'ouest.  
y orbans gallor. rurum ppe Augres  
bonnacq. rotauban  
Arant sagua sive losus prez verdun p lion  
rodans la ruse. flumy esalhan y lie  
Aquitania quodam habebat viciniam  
et basconiam et erat sua provincia  
ligeris loire y orbans

N. 80. C.

BREVIS AC DILVCIDA  
Burgundię Su

PERIORIS, QVAE COMI  
tatus nomine censetur, descri  
ptio, per Gilbertū Cogna  
tum Nozerenum.

I T E M,

Brevis admodum totius Gallię  
descriptio, per eundem.

Quibus accesserunt cum alia quædam  
eius opuscula, tum uero Poema  
tia aliquot, lectu dignis  
fima.

Locuples quoq; rerum & uerbo  
rum in his memorabi  
lium Index.

Ex dono Buchely  
BASILEÆ, PER IO  
annem Oporinum.



GILBERTI COGNATI  
Symbolum.



3

THOMAS NAOGEORGVS  
in Gilberti Cognati Burgun-  
diam.

**N**ota quidem fueras usq; huc Burgundia  
paßim,

Claris ingenij, & probitate virum.  
Non minus & diti regione, atq; urbibus altis,  
Et rara quadam fertilitate soli.  
Ast ijs duntaxat, uidissent qui omnia coram,  
Calcassentq; suis qui tuam humum pedibus.  
At nunc externis es longè notior: et si  
Te non lustrarint, nec tua ritè bona.  
Præstítit hoc tādem doctus Gilbertus abunde,  
Sic gratus nimirum esse uolens patriæ.

**I**N GILBERTI COGNATI  
Nozereni Symbolum, eiusdem Th:  
Naogeorgi Scazon.

Miraris hoc quid sit? uides ne Gilberti  
Primam columba litteram, atq; serpente  
Pictam & libroq; eam incubare præclaro?  
Quem sustinet lapis angularis in fundo.  
Hoc ingenii morumq; scito Gilberti  
Haud esse mendax Symbolū, nam ei Christus,  
Lapis angularis dictus à Propheta olim,  
Fundamen est uitæ, scientiæq; omnis.  
Quod indicat codex: superna nimirum

4

Illum iuuat doctrina, qua studet prudens  
Serpentis esse more rebus in cunctis,  
Simplexq; pariter more pro columbino.

IOANNIS VERMODI  
Carmen.

Quæ tibi lux fuerat tenebris Burgundia fœlix  
Abdita, iam proprijs uiribus illa micat.  
Non te collapsam ueterum monumēta uirorum  
Iuuarunt, princeps nec dedit auxilium:  
Sed tua facta pio patriæ commotus amore  
Gilbertus, fœlix extulit ingenio.  
Quod uobis igitur tantum contulerit, eius,  
Burgundi, uiridi cingite fronde caput.

BREVIS

B R E V I S A C D I  
L V C I D A S V P E R I O R I S  
Burgundiae, quæ Comitatus nomine censetur,  
descriptio, per Gilbertum Cognatum Nozere-  
num, ad Hugonem Babetum Hip-  
polytanum.



E Vesontione, flo  
rentissima ac placi  
da Imperij ciuita  
te, atq; utriusque  
Burgundiæ metro  
poli, mi Babete,  
præter id quod apud Cæsarē, Mar  
lianum, Sabellicū, Volaterranum,  
& Rhenanū habetur, parum admo  
dū in literis extare arbitror. Nam  
prima illa exordia, & alia quibus so  
lent urbes commēdarī, temporum  
initia atque maiorum incuria pe  
rierunt, qui in coaceruādīs accumu  
landisq; diuitijs potius euigilarunt,  
quam ad ingenij cultū, & æterna il  
la studiorum monumenta, quibus  
semper floruere, semperq; florebūt

a , recte

recte beneq; institutæ respub. Nec post Cæsarem quisquā melius de ea dixit. Manebit igitur illa descriptio immota & integra, existens in primo Commentariorum, quæ de rebus ab se in Gallia gestis disertissimè conscripsit. apud quem Sueoruū rex apertissimè corrupta dictio-

*Ariouistus*  
pro Ernesto.  
ne Ariouistus dicitur, pro Ernesto: quæ dictio significat serium, indu- strium, intentum. quod quidem uitium Germanicæ linguæ ignoran- tia accidisse arbitror. Sed quoniam Sabellicus hanc ciuitatem, & Du- bium fluuium perfluentem, post Cæ- sarē elegantiss. describit, ipsius uer- ba ex quinto libro Enneadis sextæ, haud procul à fine, apponemus. Nunciatum est, inquit, Cæsari, Er- nestum cum omnibus copijs ad ue- fontionem occupandam propera- re. Erat id oppidum Sequanorum maximum, loco ad bellum oppor- tunissimo situm, Alduasio amne fe- rē circumquaq; cinctū (nunc Du- bio est

*Alduasius*  
fl. nunc Du-  
bius.

bio est illi nomē) una duntaxat par-  
 te qua mons arduus surgit, cum mu-  
 nitissima arce pedibus urbs adeun-  
 da, radices montis fluuiio penē con-  
 tiguæ. Cæsar audita loci opportuni-  
 tate, diurnis nocturnisq; itinerib; bus  
 tantum viæ confecit, ut ante Erne-  
 sti accessum, oppidum occuparet,  
 &c. Ipsa quoq; Volaterranī uerba  
 ex tertio Geographiæ libro adscri-  
 bemus, autoris mea quidem senten-  
 tia doctissimi, qui Commentario-  
 rum urbanorum libros octo & tri-  
 ginta scripsit, grauitate & eruditio-  
 ne summa plenos: ex quibus uide-  
 re licet, quantum ueteris in eo sapi-  
 entiæ, quāta peritia locorum, quam  
 exquisitus temporum rerumq; ge-  
 starum ordo. Burgūdiones, inquit,  
 inter Sequanos, intra Ararim & lu-  
 ra montem siti sunt, quorum origi-  
 nē ē Germania Orosius ultimo lib.  
 facit. Inter horum uero ciuitates, Vi-  
 fontium, nunc Bisontium, metro-  
 polis, ubi plura ueterum ædificio-  
Burgundio-  
num sedes.  
Visontiū, si-  
ue Bisontiū,  
Burgundiae  
metropolis.

§ B V R G V N D I A E

*Claud. præ-  
sul.* rum uestigia cernuntur, & Claudij  
præsulis ac professoris sedes, qui an-  
no sexcentesimo uigesimo sexto, cu-  
ra ecclesiæ alij delegata, in cœnobí-  
*Eugendi cœ-  
nobium.* um sancti Eugendi, ad duriorem ui-  
*S. Claudio-  
cænob.* tam secessit, tantum olerib. con-  
tus, ubi & sepultus id hodie S. Clau-  
dius uocatur. Hæc ille. Cominæus  
*Cominæus  
rerum gesta* porrò lib. 9. rerum gestarum Ludo-  
*Ludouici xi. Gallia* rum regis, cum describit superioris  
*rū regis scri-  
ptor.* Burgundie expugnationē per Crai-  
*Carolus Am-  
bosius.* num regis legatum, & Carolū Am-  
bosium, eidem Craino à rege sum-  
missum, consilij magni et uirtutis ui-  
rum: Præter aliquot castella, inquit,  
rupibus affixa, nihil restabat expu-  
gnandum. In ijs locis est Vesontio,  
quæ quidem ciuitas et si ad imperiū  
Germanicum pertinet, tamen quia  
cingitur undiq; Burgundia, studet  
ferè gratificari eius regionis princi-  
pi. Hanc igitur ingressus est Ambo-  
sius, absq; maleficio: & ab oppida-  
nis amanter exceptus, illinc disces-  
sit.

*Vesontio im-  
perialis c.*

D E S C R I P T I O .

sit. Antoninus Augustus Vesontionem in itinerario suo bis nominauit. Hæc Bonfino rerum Vngari carū Decadis 2. lib. 2. paulo postiniū, Bizantium Burgundiæ oppi <sup>Bizantium</sup> dū uocatur. De ea Honterus Cosmographicorum rudimentorum <sup>Burgundiæ</sup> lib. 2. autor dignus quem dies atq; noctes studiosorum manus atterat, Cis Rhodanum Auenion iacet, Allobrogūq;

Vienna,

Mox Arelas, Geneuæq; lacus, Visontion, atq; Massylia externis quondam constructa colonis.

Coccinus autem de bellis Italici, Bisantinam ciuitatem annumerat, inter ciuitates quæ Iulio pontifici, turbato Pisano Concilio oblatæ fuerunt. Huius quoq; mentionē facit Vadianus in Galliæ descriptione, uir mea ætate inter doctissimos habitus. Intus Sequanorum, inquit, quōdam Vesontium, quam hodie <sup>Vesontium.</sup> Bisantium uocant. Paradinus nihil de ea adserit in libello de Burgundiæ antiquo statu, quod nō ex Rhe-

nanī mei, uiri sanē eruditissimi, Germania sumptum sit: ubi Vesontionis mentio fit, lib. 1. cap. De maxima Sequanorum. lib. 2. De Francorum cum Burgundinib. bello. lib. 3. De diœcesibus episcopalibus. item in Basilea. Ligurino autem, poetæ egregio & celebri, in Oenobarbo,  
Chrysopolis ob elegatiā dicta fuit,  
 cuius uerſus subscriptiſimus:  
*Has tibi metropoles, & primi nominis urbes,  
 Chrysopolim placidā, Lugdunū, siue Viennā,  
 Quæq; tuos ſpumante mari Prouincia fines  
 Claudit, Arelatum uarijs obnoxia uentis:  
 Chrysopolim Dubius, reliquas perlabitur a-  
 mnis* (aquařum.

Maximus Allobrogum, Rhodanus dominator  
 Sed quādo Chrysopolis dīci cō  
 perit, certē ignoro. Nec etiā habeo  
 quod dicam de illorum opinione,  
 qui à bisonte hīc reperto nomē tra-  
 xisse uolunt. Solinus de Germania  
Bisontes bo-  
 ues. cap. 32. ſcribit, bisontes boues cerui  
 figura eſſe, et in Prussia potiſſimum  
 reperiri. In Suetia quoq; uenantur  
 bisontes,

## DESCRIPTIO. " "

bisontes, quos patria lingua dicunt  
elg, id est, asinos sylvestres, tantæ elg.  
proceritatis, ut summo dorso æquēt  
mensuram hominis porrecti in bra  
chia elata. Anno autem inclinan  
tis imperij Romani 44. Christiano  
uerò 455. intra id tempus Germani  
am omnem, Daciamq; et Sarmatiā,  
& cæteras prouincias ad Danubi  
um Rhenumq; sitas, perdidit Ro  
mania resp. Hispania quoq; ulterior,  
Aquitania, Vasconia, & illa Eduen  
sium Vesontionumq; Galliæ pars,  
quam Burgundiones anno 11 urbis  
captæ cœperunt, sunt amissæ: qua  
rum nulla postmodum pro Roma  
norum imperio est recepta. Hęc ex  
Blondi, non pessimi autoris, lib. 2.  
Decadis primæ, referto. In Papæ au papæ rece  
tē tabulis accepti, legimus, Archiepiscopū tabulæ.  
piscopum Bisontinum habere tres Archiepisco  
suffraganeos, uidelicet episcopum pi Bisonti  
Basilensem, Lausanensem, & Bel nens. Suffra  
licensem: & pro archiepiscopatu Bi  
sontino, si contigerit uacare aposto  
licæ

licæ sedi, seu pro reserua (ut uocat) aut pro annata, aut pro prouisione M. florenos numerari. In antiquis simo autem annalium Burgundiæ codice, Gallico idiomate scripto, sub Burgundiæ regibus sedi Bison tinæ prefuisse inuenimus D.D. Anthidium, Nicetium, Clodium, Desideratum, et Donatum, qui omnes ex regia Burgundiæ domo originē habuisse dicuntur. Qui uero ante & post hos ante memoriam nostram hunc archiepiscopatum administrauerint, à me, et si multum in perquirendo laborauerim, nondum praeter hos sunt deprehensi.

In Desiderati locum & ministerium successit Germanus, qui uehementi studio sui seculi homines ad Christianismum & poenitentiam est cohortatus, peccataq; impiorum reprehendit, acer Arrianorum errorū impugnator: à quib. tandem in Grā fonte oppido, à Vesontione quatuor miliaribus tunc distante, cuius hodie

*Annales Bur  
gundiae.*

*Archiepisco  
pi Bisontinæ  
ses, Anthidi  
us, Nicetius,  
Desidera  
tus, Dona  
m.*

*Germanus.*

hodie nulla omnino extat uestigia,  
trucidatus, martyri coronam acce-  
pit, circiter annum Christianū 350.  
sub Constantio, Constantini ma-  
gni filio.

Anianus anno Christiano ferē *Anianus.*  
373. sub Valentiniano & Valenti-  
no imperatoribus, Archiepiscopus  
Bisontinus constituitur. Is semimil-  
liario ab urbe, ubi Ferreolus & Fer-  
rutiū frātres, fortissimi Christi a-  
thletæ sepulti fuerant, cellā constru-  
*Ferreolus et*  
xit, quæ postea in monasterij ampli-  
tudinē surrexit, haud ita multo pōst  
temporum iniuria funditus destru-  
ctum. Qua de re plurib. uerbis eo-  
rundem Ferreoli & Ferruciū histo-  
ria tractat.

Chelidonius Archiepiscopatus *Chelidonius.*  
Bisontij cathedram administrauit,  
sub Honorio imperatore, circiter  
annum 417.

Prothadius, post Chelidonij obi-  
tum datur Vesontioni archiepisco-  
pus, Clotharij Francorū regis tem-  
pore,

*Fælix.*     *Fel\x quispiam archiepiscopus Bisontinus fuit, cuius srasu Sigibertus rex Angliæ literas primas inuixisse, ac Cantabrigiæ publicam Academiam excitasse fertur: anno Christiano D C X X X.*

*Hugo.*     *Hugo quispiam archiepiscopus Bisontinæsis designatus est, annum circiter 1050, Henrico 2. imperante.*

Dux Sueuorum quispiam, Imperatoris Friderici primi Barbarosse dicti filius, archiepiscopus fuit Bisontinus, sub Vrbano tertio, & Gregorio octavo, p\u00f3tificibus. Obiit in Accone, cum \u00e0 Turcis obsideretur, anno 1190. De quo rhythmi duo extant apud Monachū Florētinum, Acconēsem archiepiscopum, in lib. de recuperata Ptolemaide, laudes eius, & omnia quæ uel fecit in Accone, uel perpessus est, continentes. Hos ex parte placuit subijcere: nam longum fuerit integrōs cōnectere.  
*Quid de archipræsule dicam Bisuntino?*

Vir

Vir est totus deditus operi diuino:  
 Orat pro fidelibus corde columbino,  
 Sed pugnat cum perfidis astu serpentino.  
 Fecit hic arietem, quem de ferro texit,  
 Qui nostrorum animos plurimum erexit.  
 Et quæ sequuntur plura. Iterum.  
 Hinc archiepiscopus gemma clericorum  
 Bisontinus obiit, duxq; Sueorum:  
 Qui, nisi contraria foret sors fatorum,  
 Strauissest innumeras acies Turcorum, &c.

Theobaldus ecclesiæ Bisontinæ Theobal-  
 præfuit circiter annū 1395. sed quam dus.  
 diu, aut quando mortuus, ignoro. Is  
 nostrum collegium Nozeretanum  
 iuris cōmuni uacatione donauit.

Quintinus archiepiscopus Bison Quintinus.  
 tinus fuit, sub Eugenio pontifice 4.  
 anno Christiano 1442.

Io. Cardinalis Rothomagensis, Io. Card.  
 archiepiscopus Bisontinus, quem Rothoma-  
 mox in Archiepiscopatus admini- genfis.  
 stratione sequutus est Carolus à No Carolus à  
 uo castro, circiter annum 1477. Qui nouocastro.  
 multa quæ pertinebāt ad cleri hone  
 statē, & dignos ecclesia Christi mo-  
 res,

res, ritusq; necessaria præscripsit, quæ omnia ueræ nobilitatis ac eruditio[n]is testimonia existunt. Is Prothadij, Fœlicis, & Io. Card. Rotho[magensis] in epistola quadam mentionem facit, quæ nostrarū precum

*Diarii pre-* Diario præfixa est. Nostra aut æcum.

*Hieronymus Buslidius.* Hieronymus Buslidius, apud Belgas quondam Philippi, ex Ma-

ria Burgunda Maximiliani Imperatoris filij, præceptor: uir omnibus ornamenti clarissimus, ac bonarum literarum incomparabilis Mecœnas: in quarum gratiam publicas æ-

*Collegii tri-* des apud Louanium extruxit, atq; lingue Loua nouum collegium instituit, hac etate cum primis florens, in quo publicitus & gratis tres linguæ tradūtur, Hebraica, Græca, Latina, salario sa-

tis magnifico. Huic mox succedit Antonius de Vergeyo, círciter annum Christianum 1515. Quo mortuo, Petrus à Bauma Burgundie Cardinalis suffectus est. Is Clau-

Petrus &  
Claudius à  
Bauma.

dium

## DESCRIPTIO.

dium à Bauma ex fratre nepotem sibi substituit, adhuc dum hæc scribimus adolescentem incorruptæ indolis, cùm corporis optima pulchritudine admirandum, tum claro acu-  
uaci ingenio excellentē: quem An- Antonius  
tonius Lullus theologus Dolē libe- Lullus.  
raliter instituit, ad summam uirtu-  
tem expectatum. Interim Archie-  
piscopatus administratio præcellen-  
ti D. Frācisco Bonualoto Luxoui- Franciscus  
ensi Abbatī, à Carolo V. Cēsare de- Bonualo-  
legata est. In ijsdem porrò uulgarib.  
nostræ gentis annalibus apparet,  
Ioannam Othonis huius nominis  
primi Burgundiæ comitis filiam, in  
D. Stephani sacra æde sepultam es-  
se. Tum Vesontij ludos liberalium  
artiū aliquot multę celebritatis fuī-  
se, in quibus multi & eloquentes &  
docti uiri literas, & omnes deniq;  
liberales disciplinas profitebantur.  
Quī multo pōst tēpore collapsi bar-  
baricarum gentium deuastatione,  
anno iterū 1540, Antonij Perrenoti Antonius  
Perrenotus

b Atreba-

Ludi libera-  
lium artiū  
Vesontij.

Atrebatenſis episcopi, rerum ſta-  
tus consiliarij, & cōſiliij Cæſareę ma-  
iestatis præſidiis, benignitate atque  
munificentia Vesontionī ſunt reſti-  
tuti: ad quos ſtudiorum omnis ge-  
neris, eorumq; alumnorum conuē-  
ticulum adiecit, propositis Profes-  
ſoribus magnis prouentibus & pre-  
mijs. Quod à Carolo V. Cæſare  
poſtea, & à Iulio Tertio Romanæ  
ſedis Pontifice, cōſtabilitum, & ſuis  
adornatum priuilegijs & immuni-  
tatibus fuīt: in cuius rei aufſpicium  
doctiſſimos interpretes & prælegē-  
tes undique accerſiuit. In hiſ eſt D.

Franciſcus  
Richardo-  
tus.

Franciſcus Richardotus, qui pieta-  
tem cum doctrina ita coniunxit, ut  
in utra excellat dubium ſit: & cuius  
laudes & uirtutes ſi ultrā prædicare  
pergerē, uereor ne inuidiosas & ſu-  
ſpectas reddam, q; eius ſim cliens et  
amicus. Stephanus item Pratanus,  
uetus amicus noſter, qui per pluri-  
mos annos ſumma cum laude lit-  
teris & moribus ciuitatis iuuentutē  
forma-

Steph. Pra-  
tanus.

## DESCRIP T I O . 19

formauit. Sub te, mi Babete eruditissime atq; candidissime, plurimi etiam adolescentes nobiles ingenij cultum recipiunt. Sed in primis probatur hodie hæc ciuitas, quod Hugo Babe  
tus. magistratum ex iurisconsultissimis uiris, morum æquè honestate, ac uir tutum omnium, præcipue uero iustitiaæ splendore emicantibus, conflatum habeat. Inter quos est Guido à Vers, consularis uir, auunculus meus, D. à Tez.

Nam pius hic, prudensq; simul, sanctusq; Sena Legibus et iustis, & religione seuera (tus,  
Seruat in officio populu: tam sotibus æquis  
Plectendis, quam digna probis ad dona ue-  
hendis.

Est præter hunc magistratum, & alius Pontificius, quo qui fungitur, Officialis nūcupatur. His apud D. Ioannem presunt duo iudices: quorum unus ab officio, cathedrali tem plum, magnificam curiam habet, iuria præscribit, causasq; & controuer sias ecclesiæ audit, & distinguit, sa-

Magistratus  
Bisontinus.

Magistratus  
Archiepisco-  
pi, Officia-  
lis.

cerdotū uidelicet & Parochorū per  
uniuersam Burgundiā cōstitutorū.

**Quo** in munere laboris socios ex-  
**Decani ru-** tra urbē per diuersa diœceseos loca-  
rales.

distributos habet decanos quos ru-  
rales uocāt, Sextanū, Montanū, Sa-  
linēsem, Varescū, Ledonēsem, Do-  
lēsem, Trabensem, Greyū, Faueruē  
sem, Neublancū, Grangiēsem, Ru-  
bimontanū, Luxouiēsem, Pemen-

**Vicarius** sem & Ioyacēsem. In urbe uerò sum  
**summus.**

**Archidiaco** mū archiepiscopi Vicariū, & Archi-  
nus.

diaconi canonicum iudicem habet,  
qui controuersias minores distin-  
guit. Si quę grauiores inciderint, ad  
archiepiscopi Officialem refert, tan-  
quam ad iudicem ultimum iudican-

**Notarij.** Ad tem: cui adiūcti sunt Notarij & Ad-  
seffores.

seffores, causarumq; actores, qui li-  
tes proponunt, & defensant. Item

**Pedellus.** Pedellum, qui partes conuocat: &  
**Cursores.** Curores, qui citatoria curant. Is e-

tiam causas matrimoniales, sacerdo-  
tumq; criminā audit & distinguīt,  
ac in omnibus domini sui Archiepi-  
scopi

scopi Bisontinēsis uices gerit. Hoc  
 munus cōmissum est D. Iacobo Per <sup>Iacobus Per</sup>  
 roto Dolano, Vesontij apud D. Io <sup>rotus.</sup>  
 annem Canonico, atq; archiepisco-  
 pi summo Vicario, optimo & iuris-  
 consultiss. viro. Alter uero iudex  
 est actionum criminosa rum, quem  
 arbitror ad utrunc; magistratum, &  
 ciuilem siue profanum, & pontifici-  
 um siue canonicum, pertinere. Hūc <sup>Regalis.</sup>  
 hodie Regalem uocant: quem agit <sup>Humbertus</sup>  
 Humbertus Iantetus, iuris et usus fo- <sup>Iantetus.</sup>  
 ri consultissimus, & præterea corda-  
 tus & circumspectus. In ea etiam  
 ciuitate mihi quidem impensē pla-  
 cet, quod intra moenia sint horti spa-  
 ciosi, uineta, uiridaria, quodq; etiam  
 meditationi ac studijs aptos reces-  
 sus habeat. Sed domus illę septem <sup>Domus septē</sup>  
 caminorum et thermarū multis non  
 probantur, in quibus puellæ turpi-<sup>caminorum</sup>  
 ter prostituto corpore libidinosis  
 hominibus seruiunt, etiam peregrini-<sup>& therma</sup>  
 nis, qui primo quoq; tempore illuc  
 tanquam incorruptæ & perditæ a-  
 b 3 dolescen-

22 BVRGVNDIAE  
dolescentię scholam aliquam diuer-  
tunt. Qui autē hanc ciuitatē con-  
diderint, legisse me nusquā memini.

Dubis fl. os.  
lim Alduas-  
dal. s.

Bocatij lo-  
cus corrue-  
ptus.

sleidanus.

Paradinus.

Sed hinc rectā ad Dubim fluuiū  
ciuitatem propemodū ambientem,  
soluamus, de quo breuiter comme-  
morabimur. nam eius mentionem  
apud alios, quām supradictos, non  
memini me uidisse: præterquām a-  
pud Sleidanum, & Bocatum de flu-  
minibus, ubi perperam legitur: Al-  
duasdulīs fluuius Volsontionis cir-  
cuit ciuitatē. Hoc Micyllū, qui hunc  
autorem in Heruagij nostri gratiam  
ab innumeris mēdis ac uitijs expur-  
gauit, non obseruasse miror. Legen-  
dum, Alduasdalis fluuius Vesontio-  
nis ciuitatem circuit: quomodo est  
apud Cæsarem. Sleidanus, uir ætate  
nostra doctissimus, in Galliæ descri-  
ptione: Dubis, inquit, quem Cæsar  
Alduasdalim uocat, non debet huc  
referri, qui supra Vesontionē ortus,  
prope Virodunos Arari se coniun-  
git. Miror quoq; Paradinum, hunc  
oriri

oriri non procul ab Arari scripsisse:  
 quum cōstet & certum sit (nam ipsi  
 saepe uidimus) ex monte Iura, uete-  
 rum literis celebrato, originem ha-  
 bere: atq; iuxta Motā, pagum amœ-  
 nissimum, & non modici nominis,  
 quem interluit, irrumpere milliario  
 uno & altero à N O Z E R E T H O N O Z E-  
 patria mea, oppido loci natura, ædi-  
 feriorum splendore, & ciuitate exi-  
 mio, atq; emporio in omni Burgun-  
 dia celeberrimo. Quod, quando in  
 eius mentionem incidimus, libet e-  
 tiam paucis describere, ac sub oculis  
 tuos ponere. De quo, si ex se se a-  
 pertissima & manifesta, ac fortasse  
 etiā plura dixerim q; de Vesontione  
 fecerim, facile tu mi doctiss. Babete,  
 id mihi cōdonabis. Neq; enim mihi  
 est patria iucundius quicquam, nec  
 charius. Hoc oppido, uix uidi si  
 tu spectabilius et amœnus aliquid.  
 Id enim editori & aero colli impo-  
 situm, umbilicum superioris Burgū  
 diæ agnosceres, Nam quantum cir-

Dubidis ora-  
ius.

RETHVM.

cuītus, tantum habet planicie, reli-  
quum in ualles ab omni plaga orbis  
declinat. Nō est admodū amplum,  
sed tale, quod sua angustia quasuis  
amplissimas Burgundię ciuitates e-  
xuperat. Prioribus autem seculis, &  
antequā mœnibus cingeretur, Nu-  
cillum, à corylorum nucum prouē-  
tu dictum fuit. Hic enim locus fre-  
quentibus corylis consitus erat, &  
ipsum oppidum inter coryleta iace-  
bat. Sed princeps Lodouicus à Cha-  
lon, hoc nomine primus, Hieroso-  
lyma in Burgundiam reuersus, re-  
staurato atque mœnibus ampliato,  
Nazareth nomē dedit, (quod inter-  
pretatur floridum, uel uirgultum) à  
Nazareth Galilææ oppido, edito

*Nazareth  
Galilee op.*  
quoq; in loco sito, angelicę salutatio-  
nis, sed & incarnationis uerbi cœle-  
stis, & nutricij Iosephi memoria sa-  
crosancto: à quo etiam Christus Na-  
zarenus cognominatus. Id quod &  
alijs quoq; multis ciuitatibus conti-  
git, quae diuersæ iisdem nominibus  
dicte

*Christus Na-  
zarenus.*

*Ciuitates di-  
uersæ eadē  
nomina for-  
titæ.*

dictæ fuerunt: ut Vercellæ Insubrorum, & Vercellæ nostræ: Amātium Sycambrorum prope Namurcum, & Amātium ad Ararim: Riua Frontini nostri, & illa quæ non procul est à Mantua: Rufacū nostrū, & Elsatię superioris. Quæ exēpli gratia adduxisse sufficiat, iuxta Vergiliū illud:

— & criminē ab uno

*Disce omnes.*

Sed oppidi nostri H̄ebraeum nōmen à Principe nostro uelut in coloniam traductum, uulgas a in o & e immutato, Nozereth pronunciauit, ad Galilæi ( ut arbitror ) discriminem: Nozereth. aut, ut fit, quoduerius est, in non intellectis. Nozeretum autem nostrum nūc in trianguli figurā ita pulchrè constructum existit ubiqz, ut nullius priuati insulam, sed magnatum iurares unamquancz domum. Domus enim in uniuersum lapideę sunt, & earum in commune æqualis ordo: inter quas primas tenet, quā magno sumptu œconomus Princi-

Aedes Leo p̄is Leo, cognomento à Nozereth,  
nis à Noze decenter ædificauit, quæ in oculis  
reib.

quotidiano c̄p̄ populi Nozeretensis  
aspectu posita est. In oppidī por-  
rò extrema austrum uersus & præci-

*Arcis descri* pua parte, est arx Principis amplis-  
ptio.

fima, & ædificio superbissima, qua-  
drato et ad regulā aptissimè coniun-  
cto lapide constructa, uno commu-  
nicq; cum urbe muro inclusa, atq; o-  
cto turribus præexcelsis ualida, mu-  
nitaq;: quarum maior magnifica &

*Turris plū:* elegās, plumbo intecta, inde illi no-  
mē Plumbea turrīs: reliquæ sunt pe-  
tra tectoria integratæ. Arcis tecta  
ex coctilibus operimentis sunt con-  
texta. Eius introitus ad aquilonem,  
per aream quæ prima occurrit ante  
arcem, ædificijs & muris undiq; se-  
ptam, in qua equilia, horrea, ferraria,  
& macellum sunt: dehinc uallum,  
& præcipites fossæ sequuntur, qui-  
bus undiq; præcinctur arx: & in his  
pōtes ad geminas portas, post quas  
est porticus, siue cauedium magni-  
ficum.

ficum. Intra arcis muros in medio est spaciū quadratum & uacuum, area quoq; dicta, in qua sunt quatuor angulares turres, siue cochlidia, clauiculata & tortili structura, per quae ab imo & cœnationibus in superiorem arcis partem ac cœnacula ascenditur: necq; prius, quam centenarium expleuerint numerum, desinentia. Hic enim absolutus numerus, scalarum terminus est. In medio areæ est cisterna, et ad primum cauediū fons profluens. Ad occidentem est aliud cauedium, post quod sunt profunda cochlidia, quibus in stadia, hortos, & uiridaria descēditur: in quibus sunt porticus, areæ magnificientissimæ, uiuaria, apiaria, & piscinæ, circumquaq; item turres et propugnacula. In cœnationis autem orientalis extremo est delubrum, in quo musici aliquot rem diuinam sacramq; peragunt. Proxime & secundum hoc, est cochlidium omni cura & arte extructum, ad turrim quæ foris est

*Delubrum**arcis*

ris est angularis, & quadrata. Fastigio huius cochlidiij est appensa delubri campanula. Insunt pro tuitione non solum arcis, sed & oppidi, **Bombardæ.** ma- chine bellicæ, quas bombardas à sono uocant, grandes, mediocres, & leues, id est, campestres: item equestres, oblongæ & manuariae. Grandissima maxima, admirandi operis, longa est octodecim pedes, cuius lapides globi trecentas & triginta libras ponderant. Pro apparatu autem parietum insunt etiam picta tapeta, aurea, et uersicolori textura spe- ctabilis: quorum precipua sunt, quæ ueteris & noui Testamēti argumen- ta continent. Hæc arx haec tenus ob loci amoenitatem, salubritatem, & uenationis copiam, ab Aurengiæ principibus culta fuit. Sed nūc in ciuitatē reuertamur, quæ habet duo **Collegia canonicorū, et Franciscano rum.** Collegia: alterum Canonicorum, alterum Franciscanorum minorum. Vtruncq; ingentia ædificia, splendi- da ac magnifica templo marmore, si gnis,

gnis, tabulis, picturis, atq; omni nitore fulgentia habet. Nec etiam caret πλωχοδοχείω. Circiter autem annum Christi millesimum quadragesimum, Ioānes à Chalō, Aurēgiae princeps, & Maria de Baul, eius uxor, in xenodochio penè uetusitate collapsa, nouum D. Antonio dedicatum templum, unius decani & sex canonico rum conuenticulo adiecto, posuerunt: qd postea amplis donatiuīs ac cumulauerunt, quodq; partim à Lodoico horū primogenito, partim à Guidone ab Esternol equestris ordinis & parocho in Coulans locupletatum, & multis prærogatiuīs sub annum 1424. stabilitum est. Illi quoque iuris communis uacationem, & priuilegium à Theobaldo urbis Bisuntinæ archiepiscopo collatum fuit, anno 1422. Ad hoc autem templū Prioratus & parochia Migiensis, cum omnibus prediorum Ecclesijs, in quibus primariæ sunt Mignouil larensis & Fruirodensis, annexuntur.

πλωχοδοχείω  
χρέου.  
D. Antonij  
templū, Cas  
nonicorum  
collegiū posse  
tum, quādo  
à quo, &  
quo in loco.

tur. Sed in recens posito templo cō-  
stituti sunt ab eodē principe loāne,

*Decani &* Hugo Bardelerus Decanus

*Canonici.* Erasmus Constantinus

Humbertus Vicinus

Petrus Sordetus

Guilhelmus Buchinus

Ioannes Noyronus

Iacobus Vuilheminus: Canonici.

Post Hugonem Bardelerum, De  
canus constituitur Stephanus Vi-  
gnerus, qui obiit anno 1505, in cuius  
locum successit Petrus Nycod. is de-  
cessit 3. Iulij, anno 1507. Cui substi-  
tutus est Alexāder Rauergnerus, iam  
canonicus, qui obiit 25. Ianuarij, an-  
no 1517. Huic suffectus est Ioannes  
Clericus, iam canonicus: obiit 4.  
Calendas Septembris, anno Chri-  
stiano 1525. In huius locum successit  
Ioannes Tornon, I. V. doctor & ca-  
nonicus, qui quum Officialis Bisun-  
tinensis officio fungeretur, 2. Augu-  
sti, anno Christi 1547 fatorum iniqui-  
tate int̄ep̄estiuē abruptus, in æde D.  
Stephani

D E S C R I P T I O .

32

Stephani sepulturę traditus est. Sed eo adhuc uiuo, in Decanatu sufficitus fuit Stephanus Tornondus, eius frater, artium magister, ac utriusque linguae peritissimus.

Post autem sex primos Canonicos, constituti sunt qui sequuntur:  
Alexander Sordetus,  
Ioannes Sapiens,  
Hugo Chaperon,  
Hugo Bardelerus, Hugonis Bardelei Decani nepos.

Petrus Corderus, qui xenodochium ad Nodi portam construxit, 27. Aprilis.

Petrus Cuynetus,  
Stephanus Galerus musicus,  
Ioannes Basuetus, obiit 8. Iulij, 1526.  
Erasmus Galtherus, obiit 4. Ianuarij, 1635.

Petrus Morondus, obiit 17. Calend. Iunij, anno 1531.

Stephanus Fornerus.

Claudius Corderus, Petri Corderii canonici nepos, obiit 5. idus Augusti,

sti, anno 1524. In cuius locum successit Petrus Garnier, Philiberti Aurēgīæ principis ab eleemosynis. obiit  
9. Nouembris, 1531.

In Canonem Ioannis Clerici ad Decanatum uocati, successit Iacobus de Henauldus doctor.

Mortuo Stephano Fornero, Johannes Tornon in canonicatus substitutus est. cui constituto Decano, in Canonem successit, Franciscus Bardelerus musicus.

Post obitum Ioannis Basiliuti, constitutus est Canonicus Ioannes Salvianus, Philibertæ à Luxemburgo aulicus, & nepotum ex fratre præceptor.

Petro Garnero mortuo, suffectus est Alexander Sombardeus, 20. Novembris, anno Christi 1531.

In locū Petri Morondi successit Erasmus Iacobus, 3. Octobris, 1534.

Gilbertus Cognatus Nozerethi ex patre Claudio Cosino, & matre Ioanna Daguet natus, die Mercurij 21. Ia-

Gilbertus  
Cognatus.

21. Ianuarij, hora ferme sexta matutina, anno 1506. regnatis apud Germanos Maximiliano Friderici eius nominis tertij Imperatoris filio, 28. Germanorum Imperatore: in Gallis uero, Ludouico 12. Romæ, Iulio 11. Pontifice: Desiderij Erasmi Roterdami discipulus et amanensis, atque huius Chorographiæ autor, primus Canonicus a Renato Nassouio Aurengiæ principe, Philiberti a Chalon γντελως successore, inauguratus est: successitq; in Erasmi Galtheri canone, postridie quo is decesserat.

Diuī porrò Antonij templo superemis ciues & potētissimi facellum magni operis Trinitati cōsecratum adiecerunt, anno 1515. quod amplis donatiuis locupletauerunt, multaq; illi indies morituri legant. Nam horum quidam rebus humanis excepti sunt, quorum nomina sunt hæc: Io. Clericus Decanus, Io. Basilietus, Claudio Corderius, Erasmus Gal

Sacellū Ca.  
lendarum,  
& eius fun  
datores.

Calendarij.

ubomia

c therus,

therus, Petrus Morondus, omnes  
huius templi Canonici: Bernardus  
& Ioachimus à Chalon, fratres ge-  
nere nobiles: Claudius Montrichar-  
dus, Principis Oeconomus, 18. Au-  
gusti, 1529 obiit.

Claudius Cosinus, parens meus,  
septuagenarius decessit 14. Martij,  
anno 1548. cui Ioannes Surrinus  
*τὸ ἐπίσκοπον* posuit:  
Ossa ciniq; iacent numerosa prole parentis,  
Sedibus Vranijs quem pia uita beat.  
Corporis hinc caelo posita post mole recessit  
Spiritus, at gaudet corpore diues humus.  
In ccelum patriam reduci gratare uiator,  
Et te ducat eò: carmine flecte Deum.  
Girardus Malpartitus, Iohan. Dehe-  
nauldus junior Principis quæstor,  
obiit 15. April. 1548. Petrus Cunetus,  
Hugo Cunetus, Guilhelmus Grād,  
Claudius Glanius Aurengiae præ-  
ses, Marcellus Reuergnerus, Adria-  
nus Farodus, Laurentius Remon-  
dus, Antonius Catus Iuris doctor,  
Petrus Motenetus, Guilhelmus  
Vermodus

Vermodus Martij, 1526. obiit. In  
huius obitum Guilhelmus Vermo-  
dus, eius nepos, epitaphium scri-  
psit hoc:

*Quem Princeps magni quondam Philibertus  
honoris,*

Burgundæ gentis præsidiumq; decus,

Vt sibi consuleret, rerumq; minister ut esset,

Proh dolor ascivit, conditur hoc tumulo.

Et licet ulla queat Parcarum haud frangere

Relligio, pietas, iustitia atq; fides: (m̄tem

Non tamē interiit, uolitet cum fama per orbē

Sic sua, quæ nullo est interitura die,

Sed sibi pro meritis etiam Burgundia multis

Dicet, Vermodi molliter ossa cubent.

Batazardus Beletus deceffit 15. No-

uembris, 1541. Iacobus Tornon, 5.

Decembris, anno 1550 obiit. Io. Ra-

teus obiit 5. Februarij, 1546. Anto-

nius Sombardeus, Iunotus Parcēt,

Rogerus à Vitro, Hugo Bardelerus

14. Septembris, 1528. obiit. Nicolaus

Bouotus. Hi fere omnes in eodē

templo, sub marmoreis quadratisq;

lapidibus sepulti sunt, in quib. mor-

tis annus & dies grandioribus lite-  
ris exsculpti uisuntur. Superstites au-  
tem tantum duo sunt, Petrus Nyco-  
dus & Claudius Belotus, Batazar-  
di frater. Sed in demortuorū quo-  
rundam locum filij & hæredes suc-  
cesserunt, in quibus sunt, Franciscus  
Rateus, Philibertus Belotus V. I.  
doctor, Antonius Belotus, fratres,  
filij Batazardi: & Claudius Cune-  
tus.

A' Calendis autem nomen ha-  
beth hoc facellū, quibus singulis olim  
cœtus inter se celebrabant, atque re-  
diuina sacrisc̄ p̄ ritè peractis, lepidissi-  
mè conuiuabantur. Sed hodie qua-  
ter tātum in anno, & ad sacrificium,

*Portæ tres,*  
*uidelicet*  
*Horologij,*  
*Nodi,*  
*Portella.*

& ad conuiuū conueniunt. Por-  
tæ autem oppidi, præter Portellam,  
duæ sunt: una Horologij dicta, con-  
tra aquilonem, quæ præter propu-  
gnaculum, altam & magnificam tur-  
rim habet, forma quadrāgulari: sed  
in nullo ferè alio usu, nisi quod Ho-  
rologium continet, altera Nodi fon-  
tis

tis ad occasum , cui quoqz cum pro-  
pugnaculis est turris alta et quadrā-  
gula, prope quam sunt xenodochi- *Xenodochia*  
um, & studiorum gymnasium. Ha *um, Gymna-*  
bet præterea hoc oppidum, præter *sium.*  
uias mündissimas, silicibus stratas,  
quos Trebiū uicus suburbio proximus  
copiose subministrat, amplissi  
mū forū, & macellū, in quo omnīs *Forum, &*  
generis merces, & quæ ad quotidīa *macellum*  
num usum necessaria sunt, uenalia  
habentur: iuxta quod est Prætoriū.  
Habet & cisternas altissimas & ele- *Cisternæ.*  
gantissimas quatuor: fontes item a- *Fontes.*  
mœniissimos tres, quorum margi-  
nes includuntur lapidibus sectis ar-  
tificio indissolubili:tum mœnia ele-  
gantiss. quadrato etiam lapide:cir-  
cūqz uagarilicet. Turres frequentis-  
simas, æquis inter se spacijs disiun-  
ctas, fossas, propugnacula, subur-  
bia: hortos excultos amoenissimos,  
& apricos, arborum & herbarum  
esculentarum, & quæ ad nostra me-  
dicamenta conueniunt, quæqz blan-  
diuntur. *culibus*

dīuntur narībus, quēq; gulæ faciant  
suaue oblectamina orexin, feracissi  
mos: quæ quia plures sunt, quam  
quod paucis possint à me numerari,  
illas omittam.

Nozerebū  
ses.

Huius loci incolæ sunt ciuiles,  
sermone blandi ( horum enim lin  
gua inter cæteras in primis elegans,  
suauis & aulica est ) moribus man  
sueti, uerè que pietatis in Deum cul  
tores : bellicosi etiā, ubi res exigit,  
suoq; principi ualde fideles. Nec ne  
gligunt studia, præcipue literarū me  
liorū, quas aliquando felicius quam  
cæteri discunt, si modo à teneris an  
nis præceptoribus eruditis tradan  
tur. Hic enim semper floruit bona  
rum literarum schola. Hic præfectus

Io. Chappus.  
fius.

Ant. Mon  
trichardus.

iuridicus est Ioannes Chappusius,  
experiens lītum disceptator, prom  
ptæq; iurisdictiōnis, tum expeditæ  
locutionis, & rei constitutæ. Anto  
nius Monrichardus, arcis & oppidi  
præfectum agit. Quæstor urbanus  
& ærarius est, Guilhelmus Dehe  
nauldus,

nauldus, vir cùm singularis humani  
 tatis, tum politissimus. Ex hoc au-  
 tē oppido genus suum duxit incly-  
 tus heros Philibertus à Chalon, Au-  
 rengiae princeps, qui industria et in-  
 genij magnitudine cæteros ætate  
 sua principes longè antecellebat: cu-  
 ius rerum præclare gestarum histo-  
 riā ante aliquot annos in publicū  
 emittendam curauit. Sed huius nobis  
 stirps nostra ætate bellorum in-  
 commoditate, fatorumq; iniquitate  
 esse desit. Interciderunt & aliae fa-  
 miliæ, opibus & claritudine gene-  
 ris præcellentes, quorum Catalo-  
 gus is est:

Beregardorum: ferunt hanc pro-  
 sapiam ædes habuisse, ubi hodie est  
 Franciscanorum ortus.

Elyonum: habuerunt domum il-  
 lam angularem in foro boario, quā  
 modò Vuilhemini tenent. Hæc ho-  
 die profapia Pontarli superest: unde  
 magni nominis duo fratres prodie-  
 runt, Caroli V. Cæsaris aulici: Dio-

*Guilhelmus  
Denauldus.*

*Philibertus  
à Chalō Au  
rengiae prin  
ceps.*

*Familiae que  
Nozerethi  
intercede  
runt.*

nisius Elyon, cibariorum & ferculorum cum bacillo præambulator: & Guyon Elyon, cellæ uinariæ præfectus.

Parretorum: quorum ædes hodie possidet Girardus Bardelerus.

Bereparorum: horum nobiles ædes erant, ubi nunc area Franciscanorum.

Guilhelmi à Depinet..

Petri à Junij: cuius filia, Claudijs Montrichardi uxor, adhuc in uiuis est. Eius hodie insignia in fenestra templi D. Antonij cernuntur: clypeus ex argento & rubro diuisus est, ac in argentea parte clauem rubram, in altera ensem argenteum habet.

Nothorum à Chalon nostra memoria nouimus, Ioannem, & duos eius filios Bernardum & Ioachimū, & Philibertam filiam, quam Philippus à Badē, qui decessit 1. Augusti, 1548. uxorem habuit: ex qua suscepit Bernardum à Baden, & Catherinam filiam. Illis supersunt ædes splendidae,

didæ, in uico quo ad Nodi portam descenditur.

Philippi Busguet, qui apud Fraci scanos facellū cōstruxit, quo non facile dixerim unquā me aliud uīdisse aut pulchrius, aut elegantius: in quo nō inelegātia mnemosyna uisuntur. In his est altaris tabula omnium elegātissima, in qua Princeps Ioannes à Chalon, & ipse, mensæ accumbentes iuxta Christum, cum nōnullis alijs, tanta arte, tanta diligentia & cura depicti sunt, ut intuētes non imaginem se, sed ipsissimos Principem & Philippum à Busguet intueri arbitrentur. Hoc enim tam absoluto opere oculi ualde pascuntur. Sunt & statuæ è pulcherrimo marmore cum sarcophagis, in quib. ipse cum familia sepultus est.

Leonis Alexadri à Nazareth, cuius ædes illæ magni operis erant. Is facellum in D. Antonij templo construxit: in quo tantus uir sepulchro clauditur paruo. Is obiit 6. Ianuarij,

anno Christiano 1426.

Alexander à Billecu , Principis Questor generalis, diem suum obiit 20. Iulij, 1426 . Postremus huius stirpis fuit Ioannes . Sepulti cernuntur intra templi nostri cancellos, ad paruum altare.

Maginorum: cuius prosapiæ fuerunt, Ioannes, Nicolaus, & Alexander, quem legimus fuisse Migiensem parochum. In D. Antonij templo parochiæ sacellum posuerunt.

A' bello campo: huius familiæ legitur Ioan. procurator generalis.

A' porco: in qua stirpe fuit Stephanus.

Cohardorum: in qua familia repe-  
rimus Huettum, Ferrutium, & Ioan-  
nem. Item Stephanū, templi D. An-  
tonij ædituum.

Bouardorum: huius prosapiæ fu-  
it Iacobus , Principis à consilijs, &  
prætor.

Rosariorum: ultimus huius pro-  
sapiæ fuit Lazarus, Ioannis Rosarij  
filius:

filius : qui omnia sua , breui tempore  
decoxit.

Gominorum : in qua familia repe-  
rimus Gilbertum , Princ̄pis Auren-  
giæ aulicum , qui sine successione  
obīt.

A uitro : Petrus , obīt 24. Iulij , 1547 .  
Rogerus postremus fuit , relictis tā-  
tum filiabus aliquot .

A' Ploisy : Petrus à Ploysi , fuit di-  
spensator Philiberti à Chalon , prín-  
cip̄is Aurengiæ . obīt 7 . Ianuarij.  
1531.

Remondorum : in hac familia fu-  
it Laurētius , qui in D. Antonij tem-  
plo , sub cāpanario facellū cōstituit .

Vermodorum : Guilhelmus , prín-  
cip̄is Philiberti à secretis , & subdu-  
ctor calculi . Petrus eius filius obīt  
8. Aug. 1539. Huius epitaphium hoc  
est , per Guilhelnum Vermodum :

*Viuere qui meruit per longos Nestoris annos,*

*Vermodus , fit nunc uermibus esca putris.*

Habēt ædes haud procul à foro , ma-  
gnifice extrectas .

Io. à Goult: quo nomine hunc tan-  
tum reperi, qui facellum in D. Anto-  
nij templo construxit.

Escuyer: quo nomine stirpeꝝ fue-  
runt, Erasmus, Ioannes, & Guilhel-  
mus, Salinis apud D. Anatolium ca-  
nonicus. Sed quando in eos incidi-  
*Stephanus,* fratres meos Stephanum & Ludo-  
*Ludouicus,* uicum hic addere libet: quorum pri-  
mus, Conredensis castrī præfetus  
apud Sycambros, non longe à Na-  
murco, cum multo tempore undicꝝ<sup>ba'keffus?</sup>  
hostibus Gueldrijs, quorum dux  
erat Martinus Vaurouffen, conclu-  
sus oppugnationem sustinuisse, ad  
postremum uiribus confidens, cum  
nullas suppetias haberet, & castrū  
simul & uitam amisit, anno 1541. mē  
se Iulio: uir mehercule, qui meliori  
fuisset fortuna dignus. alter in An-  
glicana expeditione, & militari ap-  
paratu aduersus Gallos, anno 1546  
occubuit.

Cæterum hic statō anni tempore  
agun-

agūtūr nundinæ celeberrimæ, qua-  
ter in anno, uidelicet statim post Pē Nundinæ  
tecosten, omnium Sanctorum fe-  
stū, Purificationem, & prima Qua-  
dragesimæ septimana. In D. por D. Antonij  
rò Antonij festo, cui templum no- festum.  
strum consecratum est, ueteri & e-  
thnico more atque ritu, ex tota uici-  
nia ingens hominū multitudo con-  
fluit, cùm ob D. Antonium, tum  
ob elegantissimarum puellarum cō-  
uentum, quo nullus est in tota Bur-  
gundia celebratior. Eum diem in io-  
cis, ludis, in tripudijs & saltationi-  
bus, in letitiae & comedationibus de-  
gunt. Necq; desunt his tantis oppidi  
nostrī commoditatibus suę delicie. Nam ab oriente et meridie plateam  
habet mœnibus contiguam, uulgo  
dictam Portellā, in qua plurimā ex Portella.  
adnatis arboribus, & arborum ex-  
pansis ramis umbra, in quam ciues,  
si quando ludere uoluerint, & ab æ-  
stu sudoribus cqp recreari, se recipiūt.  
Hic scuto hostiles ictus eludere discunt,

Quaq;

## 46 BVRGVNDIAE

Quaq; hostem contrā partē ferire queant.  
Arcus ast̄ alius curuat, tenditq; subinde  
Emittens certa noxia tela manu.


Hic auiculæ passim dispersæ, accō-  
las suauissimo cantu exhilarant: ma-  
xime uero quæ cæteris sunt uoca-  
liores, adeò audientium aures per-  
mulcent, ut hac musica deliniti, om-  
nium laborum, omnium' que cura-  
rum obliuiscantur. Hic etenim cum  
amico dulcissima colloquia & lon-  
gissima connectere, uel colludere,  
summa est uoluptas. Dignam stu-  
dijs, mi Babete, dignam Musis se-  
dem dices. Hinc quamcunque in  
partem oculos admoueris, omnia  
natiuo decore nitescere, & quasi læ-  
titiam quandam ex se uidetur effun-  
dere: tanta uillarum amœnitas, cam-  
porum fertilitas, nemorum prato-  
rumq; uiriditas undique refulget.

Ad hæc cœli rara quædam ac gra-  
ta temperies, ex uicinis oppidis  
multos, propter morbos ex corru-  
pto aere contractos, huc ualestudinis  
gratia

gratia, uelut ad Salubritatis asylum  
aduocat.

Insignia nostri oppidi sunt: ur-  
sus abieti acclivis in rubro clypeo,  
cum interiecto medio aureo.

Insignia No-  
zerethi.



Nunc in agrum descēdamus. Ha-  
bet insuper nostrum oppidum pa-  
gos & uicos amplissimos, qui neq;  
cultu & ædificijs, quibus suis oppidis  
cedunt,

cedunt, supra sex & triginta. Inter  
Migiae agri quos Migiae agrí matrocomia, pa-  
Nozerethas, gus omnium planè celebratissimus,  
ni metroco- in quo est basilica maior, D. Germa-  
mia. ni titulum gerens: cuius propter exi-  
miam pulchritudinem & magnifi-  
centiam longè latecꝝ fama uagatur,  
& plurimum agrí nostri illustrat glo-  
riam. nam ab eo nomen adsumplit.  
*Pagi Noze-*  
*rathi.* Reliquorum pagorum & uicorum  
nomina sunt hęc: Mignouillars, Fra-  
irol, Cuuier, Biefdufourt, Froidefon-  
taine, Mourenāt, Charancy, Doye,  
Charbony, Onglieres, Plenise, Ple-  
nisette, Eserual terte, Eserual cōbe,  
Censeaul, Grangettes, Bocherins,  
Cōmunailles, Villars, Esauilly, Lā-  
cochō, Molprez, Trebie, Rix, Bille-  
cuz, Fauiere: Latete, sic dictus q̄ la-  
teat: Cernie bault, Arceurres, Arceu-  
rettes, Gardeboys, Vessoye, Biez  
de maisons: Patet, ideo sic dictus  
quòd pateat: Bonet. Quorum tres  
habent sua templa cum subditis ui-  
cis, uidelicet Mignouillars, Frairol,  
Cuuier.

Cuvier. Tres item sua facella: Bief-dufourt, Froide fontaine, & Billecu. Ager cū primis uberrimus est, uel pecori alendo, uel fœcundæ fermenti aptus. In eo enim nascitur triticum purum, siligo, hordeum, avena, faba, pisum, lens, uicia, & alia legumina. Iumentorū & pecudum summa est fœcunditas, que incole-tium nutrimento non leuem præstant utilitatem. Arboribus plenus est, pomis, pīris, auellanis, et prunis, æquè mansuetis atq; sylvestribus abundās. Montibus excelsissimis & nemorosis undique circumuallatur. Longitudine autem triū, latitudine uero duūm millium est: & irrigant eum fluuij tres amoenissimi & pisculentí, quorum duo ab occidente collis radices præterfluent, tertius ē cōba ueteri erumpēs, et in stagnum suburbanum se effundens, ab Oriente alluit, qui à nobis Serpentinus dictus est, quod in lubeци anguis morem procedat, &

*Serpentius  
nus sli-*

d multi-

multiplices gyros ac ambitus trahat. Vndiq̄ enim sunt piscium uiuaria frequentissima. Hi autē tres fluuij ad teli iactum in quendam locum prouum feruntur, atq̄ ibidem septem molendinorū rotas agunt, quae à saltu denominationem sumpsere. Aquæ enim alti de uertice montis cum magno impetu atque strepitu saltuatim præcipitant se, ac ruunt potius quam fluunt.

Perfluentiū porrò per ualles fontiū magna est hic copia, multæ denique frigidissimarū ac dulciū aquarū scaturigines. Sunt & aliquot stagna insignia, & piscofa, quorū præstantius nostro adiacet suburbio, quod carpiones & lupos expediti saporis habet.

Fuerunt autem in eo aliquot arces, quae bellorū calamitatibus extremam passæ sunt desolationem, & tantum illarum uisuntur ruinæ.

*Arx Bar.* in his fuit Molprensis, à Bar dicta.

Ad occidentalem porrò partem  
apud

apud Charācum uicum, in eo quotidie innumera Romanorum numismata, quorum nonnulla uidi, effodiuntur & reperiuntur.

Quod si quis nemoribus oblectetur, habet quocūq; se uertat, motus syluosos, agrum (ut dixi) circumuallantes, in quibus uarios auium cantus audire licet. In his etiam sunt timidi & fugaces cerui, lepores, deniq; ferarum omne genus.

Ex his etiam alia innumera proueniunt commoda, ligna præstantissima, & immensæ longitudinis, atq; edificiorum materies, hic quoque resina legitur. Sed de Nozere, eiusq; agro, sati dictum esse existimo.

Ad meridiem est mons arduus, Syrodo, grandi & celeberrimo pago imminens, agrum nostrum à Syrodeni, ad secundum teli iactum discriminans. Is sinuosos habet receptus nonnullos, inter quos primus Dani flumen effundit ad hunc mo-

Syrodo pag.

Danus fl. et

eius sens.

dum. Postquā descēderis, est antrū profundī p̄ræcipitij, et intus fons im perscrutabilis profunditatis, latitudine forsitan ad passuum decimum. Huicrupes horrende immīnēt, quæ contēplantibus horrorem planè incutit: ac per gurgitē altissimū tanta aquarū cōpia ebullit, ut statim in ipso ortu (dictu incredibile) flumē nauigij, si ob rupes et saxa per quæ deuoluītur, liceret, satis capax eset. Ausim affirmare, plus aquæ ex ista uoragine erumpere, quam uel Lycus in Danubium, uel Arula in Rhenū defert. nostris Riuiere dain in. uocatur. Fluuios in se recipit uari. Sena fl. os: tres nostros prope fontem: Senam fluuium fama & natura ingen Fossena pag. tem, ex Fonsena pago ab eo denominato exorientem, ac saxosa con Plancæ, Siz enum, uici. ualle per Plancas et Sienū uicos labetem, iuxta Burgum oppidū. Ali Burgū opp. Angelon fl. um item quem incolæ Angelionē Pons nauis uocant, paulo supra Pontem nauis. Et sic alijs sexaginta auctus fluminibus,

## D E S C R I P T I O.

minibus, decurrens ac præterlabes  
per superioris Burgundiæ, quæ Co.  
mitatus nomine censetur, meridio.  
nalem partem, atq; Secusiam, quæ <sup>Secusia</sup>  
in Dubidis & Rhodani medio ia. <sup>Rhodani ety</sup>  
cet, in Rhodanum, sed milliaribus <sup>mon.</sup>  
aliquot infra Geneuā, te supra Lug.  
dunum illabitur. Inde Rhodani no. <sup>Comitatus</sup>  
men compositum esse arbitror. Pi. <sup>Burgundiæ.</sup>  
scis habet præcipuos, & expeditissi.  
poris, troctam & auratam. Alia ge.  
nera innumerabilia sunt, maximè  
minitorum & mugilū. Sed quan  
do uiciniā nostram attigimus, non  
incommode nos facturos arbitra.  
muri, si è multis superioris Burgun.  
diæ oppidis, quæ circum se Noze.  
rethum habet, pauca nunc pro uiri.  
bus explicauerimus, ut non huius  
ætatis hominum modò, sed & po.  
steritatis gratiam mihi conciliem,  
quandoquidem illa ferè autores o.  
mnes & Græci & Latini (nescio q.  
fato) intacta reliquere. Iuxta au.  
tem institutū iter ab Euro, hoc est

d 3 Orien-

Oriente in meridiem deflectentes,  
ab ea per Occasum ad septentrio-  
nem perueniemus. Hoc enim insti-  
tuto à nobis ordine obseruato', cō-  
modius Comitatum describemus.  
Ab oriente ad dextrā, uersus Sabau-  
diā, duobus plus minus hinc millia-

Mota pag. ribus, Mota est, instar oppidi pa-  
gus, Dubij fluminis fonte celebra-  
tissimus, quem leniter præteriens  
interfluit: atq; hinc rectā ad Rupē

Rupe Ioan-  
nis pag.

Joannis deuoluitur, quæ coditoris  
nomen seruat, quemadmodum &  
alijs ciuitatibus sæpe contigit: pa-

Vermodi. tria Vermidorum nostrorum, do-  
ctissimorum & humanissimorum  
adolescentum, & sanè magnæ ex-  
pectationis uirorum: in qua est arx  
adhuc integra. Dubius hinc prope

Cœnobium S. Mariæ, ordi-  
M. S. M. nis Cisterciensis procedens, per Pō-  
Pontius Las- tij lacum deuestus, ubi Pontarum,  
C. M. Mortuā, Vafrum, & Hippolytum  
præteriit, ad Septentrionem con-  
uersus Monbiliardum defertur: un-

de

de in nostram Burgundiam iterum  
rediens, Lilam, Clarualem, Veson  
tionem & Dolam alluit. Is enim in  
ter Meridiem & Orientem emer  
gens, & inter Septentrionem & Oc  
casum in Ararim descendens, supe  
riorem Burgundiam lateribus Ori  
entali & Septentrionali ambitu cin  
git. Sed de Dubio hactenus. A'  
Rupe Ioannis recto itinete, atq; mō  
tis Iura ductu, itur Iunias oppidum Iuniae op.  
antiquissimum, in excelsō & præru  
pto colle ad Sabaudiaē limites posī  
tum, niuibus syluisq; opacis graua  
tū. Vbi mihi sunt duæ sorores: qua  
rum Ioanna cōnubio iuncta est Io  
anni Caffoz, eius loci præfecto: al  
tera uero Margareta, Stephano  
Grasseto protoscribē. Hoc loco est  
transitus montis Iura, & uectigal Iuramons.  
exigitur rerum quæ aliò exportan  
tur. Huius oppidi suburbia ad oc  
cidentem dicta sunt Hospitalia, qd  
nomen etiam proximo pago indi  
tum est. Sed in Iuniarum gratiam

B V R G V N D I A E  
 hoc monumentū annextere placuit:  
 Mōs erat incultus simul, & deserta manebat  
 Præda latrocinij regio tota prius.  
 Aedificat tandem turres & mœnia Cæsar,  
 Hinc urbs ex illo Iunia nomen habet.  
 Quam numerosa colit plebs, nunc Mauortis  
 alumna.

Subdita magnanimi Cæsaris imperio.

*Fraxinum  
pag.*

*Riparia, si-  
ue Riua op.*

*Ripa, riue.  
Riuus, riui  
ere.*

*Voraginum  
lacus.*

A' Nozeretho ad sinistram breuiss  
 est transitus, ad Fraxinum pagum,  
 oppidi speciem referentē, à fraxini  
 arboris notissimi copia dictū. Mox  
 sequitur Riparia, siue Riua, Clau-  
 dij Frontini nostri patria: sic ideo  
 dicta, quod ad ripam lacus magnis  
 lupis & alijs piscibus refertissimi si-  
 ta sit: atque ex altera parte riuus ex  
 eodem lacu procedens, eam circu-  
 luat: p in u, à nostris hominibus  
 mutato, qui Ripam riue, & Riuum  
 reuiere uocant. Habet agrum ferti-  
 lissimum, & multis uicis frequenta-  
 tum: in quo est alius lacus subterra-  
 neus, mirum nature ludentis opus.  
 Super enim aqua fit limus, qui a-  
 deo

deò durescit, ut continēs uideatur:  
super quo tamē equites currusq; se  
curè nō ambulant, sed soli pedites.  
Is cœlo pluuioso & nebuloso non  
emergit, nisi serenitas sit futura. tūc  
per foramina breui tēpore auctius,  
totam Columbanam planiciem ri-  
gat. Ei mons celsus ab Oriente im-  
minet, unde crebri fonteis in illum  
diffluunt. Inter Nozerethū por-  
ro & Ripariā est alius lacus in Bon  
ualli, lupis, parcis, & alijs piscibus Lacus Bonos  
uallis.  
abundans, qui septimo quoq; an-  
no in aliquot hebdomadas suffugi-  
ens & delitescens, iterum emergit.  
Quæ res in miraculū exit, fidemq;  
uincit. Inde iam deueniemus op-  
pidi ad egregij sublimia mœnia, no-  
men. Cui simul impositum Pontar Pontarlium  
lum: hoc est, pons prope arcem, in <sup>op.</sup>  
ima duorum montium planicie po-  
situm, secundum Dubidis fluuij lit-  
tus: patria & natale solum eruditissi-  
simi facundissimiq; uiri, & studio-  
rum omnium Mecœnatis, Henrici  
Henricus et  
Baptista Co  
linei.

B V R G V N D I A E

Colinæi, Carolo V. Cæsari Dolæ  
à consilijs & vicepresidis: Baptiste  
item Colinæi, pariter iuris scientis  
& periti. In hoc oppido sunt pa-  
rochiæ tres, & monasterium unum  
Augustinianorum. Prope Pontar-  
*Arx Iura.* lum est arx Iura, munitissima & in-  
expugnabilis, in colle summo, ad-  
modum edito in loco collocata, a-  
deoq; difficili ascensu atque perar-  
duo, ut expugnari non posse videa-  
tur. Ad hanc enim multæ Heluetio-  
rum copiæ & auorum & nostra me-  
moria contritæ sunt. Cuius hodie  
præfectus est Antonius à Laube-  
spin, vir apprimè nobilis, & eque-  
stri ordinis, Dominius à Lilla.

*Vsierū opp.* Ad sinistram Pontarli est Vsierū  
oppidulum, arcem habens cū qua-  
tuor uicis, quorum incole sunt lepo-  
rum & facetiarum diserti. Sæpe eti-  
am illorum facta atq; dicta ridicu-  
la recitat. Hinc recto itinere itur  
Vercellas, quarum moenia ruinosa  
sunt. Hic natus est Girardus Ver-  
cellanus,

*Vercella  
op.*

cellanus, uir cum miri cadoris, tum <sup>Girardus</sup>  
eruditionis: qui Lutetiae anno 1544 <sup>Vercella\*</sup>  
obijt. Eiusdem nominis est in Italia  
urbs ad Sicciæ ripas.

Ab his breuis est trânsitus ad Mortua op.  
tuam, ingentem, sed & hanc sine moe-  
nibus urbem: ideo sic dicta: quod  
cū uicis & prædijs in causam mor-  
ticinæ possessionis ceciderit. Horū  
enim ius mācipij morticinij à prin-  
cipibus eius loci cœnobij prostra-  
tæ est ita concessum, ut incolæ uiui  
obsequium beneficiarij loco præ-  
stet, morientes aduenticiū lucrum  
afferant. Per hunc agrum Dubis  
fluuius placidissimè dilabitur.

Hinc recta Hippolytum tenda-  
mus, natale solum tuum, montibus <sup>Hippolytum</sup>  
undiq; natura uelut arte cinctum:  
antiquum, & ab Hippolyto patri- <sup>Hippolytus</sup>  
cio Romano, Christianissimo, ac <sup>martyr.</sup>  
martyre (ut arbitror) dictum, qui  
iuuenis odio fœminei generis Dia-  
næ studijs se totum addixit, despe-  
cto Veneris numine. Huc tu mi Ba-  
bete

bete imitatus, itidem

τιληκύπριψ πολλαχ̄ χαίρεψ λέγεις.

Cæterum syluosus primitus fuit  
hic terrarū tractus, sed quia metalli  
ferri ferax esset, syluæ excisæ in ca-  
minos & opera metalli, campos ap-  
paruerunt arabiles. Incolæ habitu-  
dine corporis firmissimi, ad multā  
ætatem uiuunt: & quanquam sene-  
ctute premātur, à laboribus tamen  
non nisi decrepiti abstinent. Cor-  
poris magnitudine sunt ceteris Bur-  
gundis proceriores, belloq; ualent.  
Rustici ad fabrilia opera & agricul-  
turā sunt idonei. Instrumenta enim  
& utensilia domestica ex ligno pro-  
bè fabricat, & in uiciniā exportant.

Nunc ab Oriente ad meridiem &  
austrum eo ordine, quem nos insti-  
tuimus, transgrediamur. Vno mil-  
*Burgum op.* liari à Nozeretho est Burgum, edi-  
to in loco: subter quod labitur etiā  
Danus, si usquam alibi, placidissi-  
mè: mox Champignole fines petit.  
Semidirutum est: nam eius mœnia

Am-

Āmbosius prostrauit, cuius emporium ad Syrodum pagū, qui urbeculae speciem ostentat, translatum est. Hoc solū oppidum in Burgundia antiquum nomen conseruavit. Initio enim editis in locis oppida habuere Burgundi, urbesq; permultas excelsis in collibus condiderat, quas Germanico idiomate, quo tūc locuti sunt, Burg uocauere, que dictio plane à Pyrgo uerbo deducta est. nam πύργος turrim, arcem, & propugnaculum significat. Romanī quoq; castellum Burgum appellarunt, ut Vegetius testatur.

Reliquæ autē arces, ac potius urbes, ( priscis namq; temporibus arces & oppida loco urbium censebantur ) uel crebris hostium incursionibus deletæ sunt, uel breui multum auctæ, recens nomen recepere, seruato nihilominus ueteri: uti Salinæ, Nozerethum, Arlum, & aliæ quæ adhuc hodie in Burgum superiorem & inferiorem sunt diuisæ.

Inde

Inde etiam ciues qui in ciuitatibus,  
oppidis, & huiuscemodi munitio-  
nibus & turritis mœnijs habitant,  
 Burger. puto Germanis & nobis Burger,  
 Bourgeois. seu, ut Galli pronunciant, bour-  
geois appellatos. Ciuitates porrò  
 ab his qui suburbia habitant, fre-  
 quentius Burgi dicuntur, à quibus  
 Burgi.  
 Burgundio-  
 nes.  
*Castrum uillanum.*  
*Calx arx et*  
*pag.*  
*Guilhelmus*  
*& Popet.*

etiam Burgūdiones nostri fuere di-  
cti. Prope uero id oppidum, in  
excelsiori colliculo, sunt duæ arces  
contiguae, ambæ Castrum uillanum  
dictæ: quarum una est D. Ioannis à  
Popet, altera D. Adriani à Lugo, do-  
mini de Falon, natalium splendore  
& animi dotibus clarissimi. Ab  
hoc oppido unius milliarij interual  
lo ad sinistram abest Calx, arx cele-  
bris, optimè inadmodum sublimi  
monte sita, natura simul & manu  
munitissima. Et monti subiectus e-  
iusdem nominis pagus. Arx illa, ex  
præclara & insigni Popetana fami-  
lia nobis dedit reuerendissimū &  
magnificum D. Guilhelmum à Po-  
pet,

## D E S C R I P T I O.

63

pet, hæteriarchum Balma, Goyle et  
Balerne: in cuius laudes hic non e-  
rumpam, quandoquidem illius bo-  
nitas, pietas, singularis uirtus & cle-  
mentia, illum orbis notum facit, nec  
opus habet præcone. Ioannem Ioan. à Po-  
item à Popet, eius fratrem, equitem pet.  
clarissimum, ac Commendatorem  
ordinis de Alcantara, Caroli V.  
Cæsaris nostri, optimi & mansue-  
tissimi Principis, κατακοινισην, a-  
pud quem gratia poterissimus est.  
Huic arcis propinquus est Fonsse-  
na pagus immensus, et multis uillis Fonsena pa-  
constans: ideo sic dictus, quod in gus.  
eo fons Senæ fluminis sit, super Senæ fl.  
quo pagi longitudine sunt uiginti  
septem rotæ, partim ad molas, par-  
sim ad ferras. Hic parantur lignea Granuallis  
uasa, ministerijs humanisq; usibus pag.  
apta. Hunc sequitur Granuallis, Lacus Grā-  
uallis tam frequentibus referta, ut uallis,  
ferè ad singula stadia reperiantur. Abbatia,  
In qua sunt lacus tres pisculenti, Rubrarum  
quorum unus ab ipsa ualle denomi- trodarum.  
natur, Vicinia Pio-  
chenis.

natur, alter cum uico proximo a ru  
bris tractis, tertius ab Abbatia, que  
totius Granuallis est metrocomia.  
Vicus illi proximus, Vicinia Pi-  
chonis dicitur.

Seruile est hominū genus hoc, seruileq; solū.  
Gradarios huius tractus equos om-  
nes probant. hic canes sunt feroci-  
simi. Paulo infrā Calcis arcem con-  
structa est cella Carthusianis, nobis  
*Bonus locus,* dicta Bonus locus, cuius parochia  
*cella Cars.* lis ecclesię parochus est Stephanus  
*thusianorū.* Torniondus noster. Non procul  
*Claruallis* hinc est Claruallis, oppidum ad  
*op.* Dani flumen situm, in quo paratur  
lana, diducitur figuraturq; dīgitis,  
ac ea texuntur pāni. Hic est cōenobi-  
um Carmelitarū: & ibidē natī sunt  
*Io. Bödæus,* Ioannes Bondæus, & Antonius  
*Ant. Fauer* Fauernerus, omnibus cumprīmis  
*nerus.* studiorum nomine commendati.

Hoc in tractu non longe ab ipsa  
Carthusianorū cella, sunt ingēteis  
lacus, uariæ uastæq; paludes, & flu-  
tūj uarij, sapido qui pisce redundat.

Ad

Ad primum autem lacum adiacet  
cella ipsa : Proximus huic insula  
nobilis est, ac delubro in rupe posi-  
to D. Vincentio dicato, quod uoca-  
mus Prioratum à Mota. In circuitu-  
do millia passuum non excedit. Iu-  
xta quem sunt alij duo minores il-  
lo, sed non minori prædicti in se & Prioratum à  
Mota.  
per gyrū uoluptate. hos Maleteux Lacus,  
uocat. Sed unius ob latitudinem Ma-  
ioris cognomen est inditum. Sequi-  
tur alius Narlay dictus, uix creden-  
dæ profunditatis: cuius aqua est ni-  
tida, pisces ferens uarios. Hinc non  
procul est alius, Vernoy nobis di-  
ctus. Sed occidentē uersus sunt alij  
quinqp, quorum duo Chamblici di-  
cuntur: tertius Fiogeay: quartus pro-  
ximus est Clarualli oppido: quin-  
tus Ronchault dicitur. A Gran-  
ualle trium horarū itinere itur Clau-  
dianum, à D. Claudio Salinēsium  
progenie orto, atqp Bisontino Ar-  
chiepiscopo denominatum, qui eo  
loci solitariam duxit uitam, in por-  
tento.

tentosa abstinentia uictus, & corporis afflictione: ad cuius memorabilem & in maxima ueneratione ab omnibus habitum tumulum, frequens est undiq; concursus. Hanc eremum antea frequentarunt solitarij aliquot Christiani, in primis *Eugendus, Lupicinus.*

*Philibertus à Rye Genevensis Episcopus.* Eugendus et Lupicinus, Euangelij præcones, in quorum honorē Chilpertus, huius nominis primus Burgundiae rex, hic toto orbe celeberrimum cœnobium extruendum curauit, ubi sunt sepulturæ aliquot regum. Huius cœnobij abbas hodie est Philibertus à Rye, Genevensis episcopus, nobilis genere, nobilior eruditione, nobilissimus uirtute ac meritorum dignitate. Incole autem ex buxo et alijs radicibus questum non minimum capiunt, quibus cochlearia, fistulas, tubas, classica, præcatorios globulos, et alia conficiunt, quæ inde ad exteriores terras exportantur. Hinc nō procul est Morantium, sic uocatum, ut arbitror, quod

*Morantium op.*

quod sancti illi viri non nunquam ibi morarentur. Habet hodie viros magni ingenij, magnique uigoris.

Mox est Turmaya, multis lana-  
rijs etiam referta. muros tenues ha-  
bet, fermeque circumquaque edificijs  
contiguos & impeditos, ut nullus  
in liberum ambitum transitus iuxta  
ipsos pateat: id quod Secusiae oppi-  
dis commune est. Qui modus om-  
nium maximè ciuitates dedecet, mul-  
tumque obsidionum tempore ciui-  
bus dani adfert. Iuris est D. à Clau-  
diano, qui hic arcem habet. Turma  
yam sequuntur Arantum & Fitignum  
oppida, in quibus sunt multi pan-  
narij, & opifices, qui pilea, focalia,  
& alia huiuscmodi texunt. De his  
haec tenus.

Nunc ad alia me conuertam, at-  
que illud quod proposuimus. Ab  
occidente autem sesquimilliarum à No-  
zeretho, est Vernum pagus, ad An-  
gelonem flumen, in quo est arx o-  
mnium nobilissima, cum uiuario

nemoroſo undiqꝫ, mœnibus septo,  
in quo ſunt damæ, ſolidi atqꝫ ſurge-  
tes in cornua cerui, cum leporum ac  
cuniculorum hic ſtabulantium co-  
pia. Huius pagi ager ob flumen &  
ſtagna eſt irriguus, & ad uenatio-  
nes idoneus: adeò fœlix, ut uerna  
temperie & herbarum luxuria, faci-  
le cæteris huius tractus pagis ante  
cellat: & ideo non defunt qui à uer-  
na temperie dictum putet. Cui arx  
*Arx Monri-*  
*uallis.*  
Monriuallis uicina eſt, in mote ex-  
celſo, ſcatebris & ebullitionib. fon-  
tium in uertice ſurgētium inclyto.  
Huius arcis protritæ bellis ruinas  
prætereuntes conficiunt, & mira-  
tur ad unguem constructas lapide  
e quadrato curua retortos: Cui co-  
chlæa in gyros ascensum præbuīt  
intra. Sub ſe uersus austrum Cā-  
*Campigno-*  
*la op.*  
pignolam oppidum habet, undiqꝫ  
natura circumuallatum, cui Danus  
proximus illabitur. Hinc ortus eſt  
*Grand. Ioā.*  
*Probus.* Grand Ioan. Probus, rei militaris  
ductor prætantissimus: ab oriente  
Quis-

Quisquiliæ uicum, à Septentrione *Quisquiliæ*  
*Vannolum* etiam uicum. Nō pro- *pag.*  
 cul hinc est monasterium ordinis *Vannolum*  
*Cisterciensis*, undiq; alpibus præ- *pag.*  
 terquam ab occidēte cinctum, Ba- *Balernamō*  
 lerna. Mox in proximi montis ca- *nasterium.*  
 cumine Occidentem uersus est arx  
 elegantissima, nobis mons Sauion *Mons Sau-*  
 dicta, non usq; adeò olim magna, *ion arx.*  
 uti nunc est, ut ueteres muri docēt.

Sed hæc magnificis ædificijs cura  
*Hugonis à Monbardon* instaurata *Hugo à Mō*  
 est. Huius montis radices à Septen-*bardon.*  
 trione oriente & meridie, Danus  
 circumluit. Ab occidente uero est  
 illi subiectus pagus amplissimus, *Crotena*  
*Crotena.* *pag.*

Hinc non longè est Monetum, *Monetum*  
 antiquum oppidulū, summo etiam *op.*  
 in monte, ruinosum, & penè uetu-  
 state collapsum: cui subsunt uici  
 quatuor. In his est Pons nauis, ad *Pons nauis*  
 Danum. Hoc oppidum recto ordi- *pag.*  
 ne sequitur arx Challina, ad lacum *Arx Challi*  
 Maregni à Septentrione, oriente *Lacus Ma-*  
*regni.*

et meridie excelsis montibus septa,  
 ab occidente uero ipso lacu. Iuxta  
 Maregnū pag.  
 quam est Maregnū pagus. Hunc  
 tractum Danus liquidissimus am-  
 nis perfluit, suā illi appellationem  
 Vallis Da- conferens, quem tractum mons ar-  
 ni. dius ex altera parte occidentē uer-  
 sus claudit. In quo sunt oppidula, si-  
 ue arces quatuor, Altera ab alterius  
 nō longe dissita muris: quarū duæ,  
 uidelicet Valempolieræ, quæ est  
 re arx & pag.  
 è regione Verni, & Mourondus è  
 Valempolie. regione Monriuallis, nunc eò mi-  
 seriarū redactæ, adeò labefactatae  
 arx & pag.  
 bellis, ut nū aliud hodie sint quam  
 ruinæ & ruidera: ambæ sub se habent  
 eiusdem nominis uicos. Tertia Mi-  
 rebellum, in pagum redactum, ar-  
 op. cis parte superstite. Non aliud op-  
 pidum tota Burgundia ostētat rui-  
 nas & quæ memorabiles:  
 Sic fortuna potens regales sæpius arces  
 In miseras uertit facta inimica casas.  
 Sed horret animus nostre regionis  
 ruinæ persequi. Quarta dicitur Ca-  
 stellionum,

## D E S C R I P T I O.

71

stellionū: ea cum pago integra est, *Castellionū*  
& munissima. Huius enim nomi- *pag. et arx.*  
nis oppida, siue arces, quatuor in  
hac regione enumerantur. Sed ad  
aliorū discrimen hæc super Cortina  
ad Danū dicitur. Cui Sorlinū à me *Sorlinum*  
ridie uicinū est, quod inter hæc op- *op.*  
pidula longè primū, in mōte q̄q; po-  
sitū, quem Danus alluit. Arx uetus  
est, cui sit decori tamē ipsa uetustas.

Paulo infra Valempolieram est  
oppidum excelsæ rupi impositū, si-  
ne mœnib. ullis, *Castellana* popula  
riter dictū, cuius prisca nobilitas ex *op.*  
ruinis & tēpli parte superstite appa-  
ret. Nunc in uici formam ferè reda-  
ctum est, adeoq; in arce ipsa hortē-  
sium cultura est. In eius autem rupe  
spelunca non altè profunda uisitetur,  
tum fluuius ebullientibus undique  
fontibus, troctis feracissimus, ex ea  
dem rupe in Arbosianam ualle la-  
bitur. Valde aridus est hic locus: a-  
quarum enim usque adeò indigens  
est, ut nulli sint putei, & fontes nul-

*Arbosium op.* li. Sed hinc rectà Arbosium descendamus, quod inter egregia oppidula numerari potest. Per amoenum enim loco situm, atque omnium rerum copia, in primis optimi & ad uetus statem durantis uini florēns, ac celeberrimum est. Magnis circum quaque suburbīs impeditur: foliis cingitur, sed hortensibus. Circum se sunt monteis, aspectu fontium & uinetorum ac arborum copia suauissimi: hinc Arbosium dictum, quod arboribus constitū sit. Fructibus enim sic referta est hæc uallis, ut pomariū tota uideri possit. Pecori acceptissima tellus

*Arbosium unde dictum.* Est alibi, gramenq; urens hinc mittit alendo. Hic templum genutrici ingens, cui sculpta uerusto  
Marmore stat facies, spirantq; in marmore  
Aethera quid purū memorem? cceliq; salubris  
Hic tenues auras, quas ducti ad sidera mótes  
Aspirant: Hoc oppidū tres maximē uiri hodie illustrant, Claudio-

*Claudius &*  
*Mercurinus*  
*Ialones, A.*  
*lexand. Gla*  
*niius.*

Ale-

Alexāder Glanius in æde Deiparæ canonicus. Eius uallis ad occiden-  
tem uergentis fauces lætissima ex-  
cipiunt prata, quæ usq; ad Vadanae  
arcis mœnia perdurat. Nemo enim  
crederet, quanta sit utriusq; agri Ar-  
bosiani & Vadani amœnitas, tum  
fertilitas, quantaq; sit omnis gene-  
ris fructuum ibidem copia. Vadam Vadani  
opp.  
ipsum in monte uitifero situm est.  
Tacitus lib. 21. Annalium, urbē quā  
dā in Batauia, Rheno adiacentem,  
inter Coloniam & Traiectum, su-  
pra quam Rhenus in Leccam et Is-  
sulam scinditur, Vadam etiam ap-  
pellauit, que nunc Vuagening, seu  
Vaganum dicitur.

In hoc tractu sunt uasa uinaria a-  
deò magna, ut domos altitudine ui-  
deantur æquare. Secundo, aut pau-  
lo plus, milliario ab Arbosio, Do-  
lam uersus, sunt geminæ arces con-  
tiguæ, haud amplius uno milliari à  
Vadana arce, & monasterijs, Rosa-  
rio ordinis Cisterciensis, et Onāco,

Rosariorū et  
Onancū mo-  
nasteria.

74 BVRGVNDIAE  
distates, in medijs finibus uallis Lut  
pæ, ut ex his longè lateq; prospex  
tus sit. Dictæ ambæ Valdreæ, à  
Valdreiis heroibus, generis uetus ta  
te & rebus gestis in præcipuis. Ab  
his arcibus breuis est transitus ad  
Bergmund & Loyam, pagos am  
plissimos ad Lupā, in uia qua itur  
Dolam: de qua dicere aggrediar,  
quandoquidem duobus tantū mil  
liaribus nūc absumus: ubi prius ad  
monuero, id uocabuli Bergmund  
Germanicūn esse, à monte & ora  
deriuatum, atq; orę proximum mō  
tem significare. Nam berg mōs est,  
mund uerò ~~ā~~<sup>ā</sup>nūs, id est, ora, quæ  
Plinio ferè semper regionem littoro  
ralem significat, apud quem ueluti  
peculiaris est hæc locutio: In ora  
sunt ciuitates, & oppida orę pro  
xima. Dola autem ciuitas est Bur  
gundicæ regionis omnium celeber  
rīma, studijsq; referta benignis; at  
que omnis nutricula iuris: ad Du  
bim flumen duobus brachijs scis  
sum,

Valdreæ ar  
ces.

Bergmund  
pag.  
Loya pag.

Bergmund  
etymon.

Berg. mūd.  
āntū.

Dola c.

## DESCRIPTIO

75

sum, loco pulcherrimo atq; statim  
se fere offerenti posita. Quam non si-  
ne summo flagitio præterirem. Si-  
quidem in ea studij mei fundamēta  
ieci, sub Petro Phœnico, hodie mul Petrus Phœ-  
to senio, senatore uenerando: & Ja- nix.  
cobo Lestræo, uiris uario eruditio- Iacobus Leo-  
nis genere præcellentibus. Non stræus.  
longe autem ab ea situm est oppi-  
dulū Rochafortis, quod anno. 1479 Rochfortis  
in Gallijs Ludouico undecimo re- op.  
gnante, ubi Ambosius circum sedis-  
set, deditio[n]e cœpit, 17. Maij. In-  
de profectus, Dolam ui expugna-  
uit, atq; pernicio[so] incēdio cuerit.  
27. Maij. Verūm

Maior nunc fossi pars est munita profundis,  
Vallaq; sunt fortis uix adeunda uiro.

Pontibus porrò, moenibus, & stu-  
pendis propugnaculis, tum à ciui-  
bus sumptuosissimis ædificijs pe-  
nè tota restituta, & magnificentior  
ac insuperabilis est reddita. Cui loā  
nes à Dandeloſt, illustris eques, & 10. à Dande  
militaris disciplinæ gnarus, uir re- loſt.  
bus

bus' gestis & bellica uirtute celebris, præsidio à Carolo V. Cæsare impositus est. Nihil planè in ea, earum rerum quæ ad ciuitatis splendorum faciunt, desiderari potest. Primùm mirè afficit fluuius ille per

**Dubis** fl. lucidus Dubis, qui latus alluit ipse sinistrum. Non mediocriter oblectant ædes & templa, operum magnitudine sumptuose structa. Parì delectatione afficiunt gymnasia celeberrima, ac toto orbe terrarū decantatissima, in quib. summa diligētia & puritate scientiæ & liberales artes interpretantur. Habent enim

**Ant. Lullus.** insignes professores. In his sunt: Antonius Lullus theologus, vir ob integratatem uitæ, ob singularem prudentiam, ob raram et incomparabilem eruditionē adeò mihi charus, ut nesciam an amicum habuerim unquam chariorem: Philibertus Poissenotus, Hieronymiani collegij præpositus, etiam theologus,

**Philibertus  
Poissenotus.** vir extra omnem cōtrouersiam doctissimus

Etissimus et p̄iissimus, amicus quo-  
 que noster singularis: Renatus Per  
 rotus, medicus insignis, latinè &  
 græcè doctus: Io. Morisotus, rei me-  
 dicæ experientissimus, cuius facun-  
 diam & eruditionem ex ingenij sui  
 monumentis cognitā puto: Petrus Vae-  
 cherdus, Petrus Paruus, Ludo-  
 uicus Mōtioius à Boisset, & Clau-  
 dius Musus, iureconsulti, viri ob sin-  
 gularem eruditionem & in rebus ci-  
 vilibus prudentiam summa maxi-  
 maq; laude digni: Laurentius Pri-  
 uæus, homo φιλέλλην, & studiorum  
 amantissimus, qui iuuentutem bo-  
 nis morib; imbuit, & optimis arti-  
 bus diligentissimè instituit. Sed  
 dum hæc paro, ecce superueniens  
 nuncius palam refert, illum in ipso  
 (proh dolor) labore rebus huma-  
 nis absolutum & exceptum esse, 12.  
 Februarij, anno 1550. cuius morte  
 Morisotus noster hoc elegantissi-  
 mo carmine defluit,  
 Laurenti Priuæ iaces, terræ inclyta fama  
 Lingonica,

Renatus  
Perrotus.

Io. Moriso-  
tus.

Petrus Va-  
cherdus.

Petrus Para-  
uus.

Lod. Mon-  
tiot.

Claud. Mu-  
sus.

Laur. Pri-  
uæus.

Lingonicæ, rapuit quē fera Parca Dolæ,

Te Lullus deflet, luget Morisotus, amici

Spirant alij, discipuli lachrymant.

*Senatus Do  
lans.* Sed quid de sanctissimo prudentissimo simul Senatu illo dicam? E-  
quidē satius esse puto tacere, quām pauca dicere. Non possum tamen mihi temperare, quin aliquid addā. Nusquā uidi tam seuerè mores corrigi, tam incorruptè iudicari. In eo sunt uiri in omni doctrinarum genere præstantes, in omni deniq; ge-  
nere laudis multifariam excellētes. Inter quos sunt Petrus Desbares,  
D. à Parret præses: illi duo illustres  
equites cùm foris clari, tūdomi ad-  
*Claud. Mōt* mirandi, Claudius Monfortius, &  
*fortius, Io.* Io. Dachæus Thoresius, ambo alta  
*Dachæus.* mēte præditi: Remigius Doccors,  
*D. à Torai-* D. à Vorges: Ioan. à Furri, Henricus Colinæus uicepræses, Robertus à Bergieres, Stephanus Clericus, Quintinus Vitulus, Io. Coruoï serus, Petrus Phœnix, Stephanus Faucheus, Lucas Chaillotus, Nico-  
laus

## DESCRIPTIO.

Iaus Chuppinus: quos pro merito  
laudare conarer, sed uereor, quod  
Horatius inquit, laudes tantas cul-  
pa deterere ingenij. Aduocati fisci,  
sive Regij, Franciscus Drouhot, &  
Carolus Grand Ian: Martinus Be. *Martinus*  
neditus, uir summo ingenio, sum- *Benedictus*  
maçp prudentia, procurator gene-  
ralis: cui substitutus est Franciscus *Franciscus*  
Quadratus. Amanuenses uero Se *Quadratus.*  
natus, quos Budeus actuarios, sive  
ab actis Curiæ uocat, sunt: Steph- *Steph. Ber-*  
nus Bernardus, Claudio Læsme- *nardus.*  
us, & Ioan. Camutus, fideles & inte- *Claud. Læs-*  
gri. Hi senatus consulta excipiunt, *meus.*  
& in literas referunt, ne caduca ho-  
minū memoria, ipsaçp fragilis uitæ *Io. Camus*  
nostræ constitutio, fraudi partibus  
sit. Tum litigantibus senatus decre-  
ta assignant, partium libellos accipi-  
unt, & in Senatu prælegunt: qui de  
causis omnibus cognoscit, & quod  
ab eo definitum fuerit, ei standū est.  
Nam ab eo prouocare non licet, sed  
ad eum ab omnibus alijs iudicijs ap-  
pellatur.

80 BVRGVNDIAE  
pellantur. Sed hæc de Senatu. Tem-  
plorum autem omnium hoc loco  
magnificètissimū, et stupēdi operis,  
Deiparæ uirgini construitur: cuius  
aspectus pulchritudinem olim po-  
steritas mirabitur. Quod absolutū,  
euincet omnino quæcunq; sunt in  
Burgundia. Adhæc collegium Ca-  
nonicorum insigne est. Inter quos  
est Petrus Farodus ille noster, Vice  
cancellarius conseruatoriæ (quām  
uocant) uniuersitatis. In eo Mercu-  
rini à Catinaria, Caroli V. Cæsaris  
supremi Cancellarij sepulchrum etiā  
num conspicitur, marmore partim  
cādido, quod alabastrē uocat: par-  
tim nigerrimo, maculis quidē pur-  
pureis uariato, quod in agro Dola-  
no in magnatum sepulturas effodi-  
tur, atq; porphyrites uocat. In eius  
funere clarissimi aliquot uiri elegi-  
as & epitaphia cōscripserunt: quo-  
rum hæc duo Francisci Granneuel-  
dij nostri, hic non grauabor anne-  
ctere:

Aſta

Petrus Faro-  
dus.

Mercurini  
à Catinaria  
sepulchrū.

Alabastrio-  
tes.

Porphyri-  
tes.

Asta viator, & morare paululum,  
 Qui Mercurinum nosse Gattinarium  
 Desiderabas. Cæsari is ter maximo  
 Caput senatus, litterisq; præpotens  
 Dictare sacra Cæsaris diplomata.  
 Qui iura pacis nouit, & belli minas,  
 Et quicquid utri conueniret tempori.  
 Doctos amabat, utpote unus maximè  
 Virtutis armis & beatæ Palladis  
 Sublime qui uenisset ad fastigium,  
 Canos galero tectus atq; purpura.  
 Sed mors grauatum plurimis honoribus  
 Primum podagrator sit, & primum impia  
 Vitæ iubebat exulare limine:  
 Ne quis caducis fideret mortalium  
 Rebus, sed illò flecteret mentis decus,  
 Vnde est origo spiritus cœlo dati.  
 Abi viator, & hoc reuolue sedulò;  
 Ne te imparatum nox suprema mancipet.

## A L I V D.

Ερμέας νέος οὗτος ἀποθνήσκωρ πατέλειφεν  
 Ανθρώπων μέγα πάντας τὸν πυνθόνην ἐέλθωρ,  
 Ος χείρεσιν ἔχων εἰρῆνας ὅπλον αὔμεμφές,  
 Φίλανδρος, Δινατός τ' ερὸς βασιλύας ἐλαύνειν.  
 Ος δὲ οὐ πάντας νοέων λυγρὸν σῖμορ αὐνάγην,  
 Ή ψυχὰς θυντῶν πατάγει ὑπὸ νέρτερα γαῖν;

f ALΛΑ

Αλλαχθες λεπτηρος οει παλιν διωματα νοιει  
Ουτος, οει τη γη γεραος παι ουρανοντυτωρ.

Hoc longe elegantissimum epitaphium haud grauatus sum, in hoc duntaxat latinum extempore ascribere, ut ab imperitis Græcæ lingue intelligatur:

*Mercurius nouus hic, moriens post fata reliquit*

*Grande sui desiderium mortalibus ægris, (cicis,  
Qui manib. tractauit, opus memorabile pa-  
Et potuit magnos ad foedera ducere reges.  
Is neq; Cocyti tristis uada lurida seruat,  
Non animas insomnis agit sub tartara Ditis  
Aeterni, sed pulchra Dei per regna uagatur,  
Semper honoratus terræ, cœloq; potitus.*

Est in eodē templo sepultus Diocletianus, Heberlingi medici placidissimus filius, cuius epitaphium hic adscribendum censui:

*Hic Diocletianus medici puer ecce quiescit,  
Illum non reparat arte paterna manus.  
Sustulit hunc gracilem tenero sub amore pa-  
rentum*

*Pallida mors, cunctis formidolosa lues.*

Cum

Cum senibus iuuenes rapit inclemētia rerū,  
 Pharmaca despiciens & medicantis opus.  
 Fallimur heu miseri, non est sub cardine solis  
 Indita nascenti lex, nisi ritē mori.

Est aliud D. Hieronymo consecra-  
 tum collegium, cultu & religione <sup>Collegium</sup>  
 excellēs, in quo est bibliotheca mul <sup>Hieronymi</sup>  
 torum autortū & optimorū codi-  
 cum. Huius collegij antistes est no-  
 ster Philibertus Poissenotus, uir  
 omnis generis uirtutum cumulo  
 ornatus.

Est & Minorū fratrum (ut uocāt)  
 hic magnum monasterium. Habet  
 denique hæc ciuitas forum elegan-  
 tissimum, muratum, forma quadra-  
 ta, nisi quod paulo lōgius quam la-  
 tum est. In eius parte occidētali prē-  
 toriū est cum carceribus. Sed ad  
 reliqua pergamus. Protulit autem  
 hæc ciuitas nostra ētate celebres ali  
 quot uiros, in quibus sunt: Io. à S.  
 Mauricio, apud Mechliniam præ-  
 ses, Ioannes à Turri, Lucas Chail-  
 lotus, Nicolaus Chupinus: hic se-  
 f 2 natores,

natores, uiri à bonis literis nec alieni, nec harum patrocínio difficiles.

*Franciscus Drouhot, Carolus Grād Jan.*

Frāciscus Drouhot, Carolus Grād Jan, fiscales aduocati, homines & summo dicendi studio, & peracri prorsus ingenio ac singulari doctrina prediti. Ioānes Huotus Aurēgię præses, Auribaldus Keberlingus, Petrus Vacherdus, Renobertus Rācletus, Simeon à Campo, Stephanus des Barres, Io. Mauricianus, aduocati, & Iuris professores magna facundia & humanitate, tum

*Jacobus Perrotus.*

amici nostri ueteres: Jacobus Perrotus, Archiepiscopi Bisontinensis summus Vicarius, & iudex canonicus, quem Officiale uocant: Renatus Perrotus, medicus: Erasmus Bouđirus, doctrina diuitijsq; illustris. E' multis uero hos paucos recensere libuit,

Cūctarum pariter summa est hic copia rerū, Tum quod ager perse sit fertilis undiq;, tum quod

Plurimus huc uenies mercator plurima portet:

Hinc

Hinc nō longē apparet mons Rho *Rholandus*  
*landus, et eiusdem nominis pagus, mōs et pag.*  
qui appellationem traxerūt à Rho  
lando Caroli magni ex sorore ne-  
pote, præstati fortitudine uiro, quē  
ea tempestate corporis robore &  
animi magnitudine longē cæteris  
præstitisse ferunt: cuius fortia facta  
per uniuersum orbem clara celebrā  
tur. Hunc post ingentem hostium  
cædem eo prælio interiisse tradunt,  
quo Carolus ex Hispania rediens,  
prope Pyrenæi iuga insignem cla-  
dem à Vasconibus accepit.

Sed Dolam linquimus, atq; ite-  
rum mōtes libet ire per altos. Duo-  
bus autē milliaribus supra Arbosī-  
um, meridiem uersus, est Polichni-  
um, quod nomen Græcum est, & *Polichnium*  
in linguae nostræ coloniam olim tra-  
ductum. Maiores enim nostri plu-  
rima uocabula ex aliorum linguis,  
à Græcis, Hebræis, aut Latiniis mu-  
tuati sunt. πολίχνη enim, & πολίχνιον,  
oppidulum, siue ciuitatulam signi-  
f 3 f icat.

ficat. Non inconcinnū est hoc oppī  
dū, & ipsum mœnibus & turribus  
pulcherrimis munitū, intus adiacē  
**Grimonia**  
**arx.** te arce Grimonie nostris hominib.  
dicta. Hinc sylosis, illinc uitiferis  
montibus septum, quorū montium  
uinū est etiam laudatissimū. Hic  
sunt tria collegia. Primum Canoni  
corum, in quorum templo genero  
si Guilhelmi à Balma Perani cada  
uer sepultura donatum est, de quo  
Micaelus Toxites Rheticus hoc e  
pitaphion scripsit:

**Guilhelmus**  
**à Balma Pe**  
**ranus.**

Guilhelmus tumulo situs est Balmæus in isto,  
In flore quem uitæ abstulit  
Mors fera, bis senos dū uix impleuerat annos.  
Sic uere decidunt rosæ.  
Omnia prudenter positis puerilibus egit,  
Verbisq; retulit senem.  
Iam laudē ingenio, studijsq; parauerat amplā,  
Eratq; suavis omnibus.  
Non illo quicquam uidisset Gallia maius,  
Si patriæ superstitem  
Seruasset Christus: cū quo nūc uiuit ab omni  
Cura solutus corporis.

Secun-

## DESCRIPTIO.

87

Secundum, Dominicanorū. Tertiū,  
 Clararū uirginū. Plateæ sunt latæ,  
 rectæ, & nitide, quæ riuulos miræ iu-  
 cūditatis habent. Forū elegantissi-  
 mū hodie construit. Habet autem in-  
 ter uiros eruditione clariss. Petrum  
 Fauernerū Canonicū, maxima me-  
 cum necessitudine coniunctū: Ioan-  
 nem Chappusiū, & Matthæū Iuni-  
 um, qui præter legum peritiā, lite-  
 rarū politia conspicui sunt, & mihi  
 (quod iucundū est) amicitia bene-  
 uolentiaq; à multis annis coniun-  
 ctissimi: Stephanū Nycodū, Ioan-  
 nē Matthæū apud Dolanos Gym-  
 nasiarcham, literarū & omniū bo-  
 narum artiū insigniter doctos. Sunt  
 item inter clariss. & amplissimos ci-  
 ues, Io. Daguetus et Io. Fauernerus,

Petrus Fa-

uernerus.

Io. Chappu-

sius.

Matth. Iuni-

us.

mihi quoq; multo sanguine iuncti.  
 Hinc imus Lothanum, quod in  
 Petri Grappæi uiri singularis inge-  
 nij & candoris gratiam, hic adscri-  
 bo, qui eius lociphano præfectus  
 est: ut liquidò cognoscat, me sui

Stephanus

Nycodus.

Io. Dague-

tus.

Io. Fauerne-

rus.

Lothanum

pag.

Petrus Grap-

pus.

studiosissimum esse. Pagus est op-  
pidi instar, in fœcundissimo ac uiti-  
fero monte conspicuus, satis disper-  
sus, sed elegantissimis domibus re-  
fertus, ostentans D. Lothani, omni-  
um suæ ætatis morum sanctitate  
præstantissimi sepulchrum, in sub-  
terraneo & antiquo phano, unde  
postremò denominationem cœpit  
hic locus: qui quod placidus & cō-  
modus sit, atq; uoluptate afficiat,  
tum quia primæ nobilitatis uinum  
illuc prouenit, longo temporum in-

*Siesia.* teruallo Siesia dictus fuit, à popula-  
*Ci aise.* tri dictione Ci aise. Paulo infrà me-

ridiem uersus in eodem agro regia  
Regis erit Burgūdię, cuius antiqua  
ruinarum uestigia & rudera appa-  
rent, & ab eius loci accolis Chābret-

*Chambrette au roy.* te au roy, hodie dicitur. Sanè hoc in  
loco preciosa etiam uina generan-  
tur, & è terra fodit gypsum, & mar-

*Alabastrites.* mor candidi coloris, Alabastrites  
*Castrum Ca roli.* dictū. Sed ad castrū Caroli pro-  
peremus, hinc duo millia distans,

à Caro.

à Carolo, cui ob res gestas Magno *Carolus mag-*  
*cognomen fuit, ædificatum & nun-*  
*cupatum, quemadmodum & aliæ*  
*multæ urbes conditorum nomina*  
*retinuerunt: situ nobili & ualido, tū*  
*Vestaliū monasterio, in quo nobi-*  
*lium tantum natæ & uirgines reci-*  
*piuntur, nominatissimū. Eius quo-*  
*que celeber mons præbet generosa*  
*& dulcia uisna:*

*Impositæ apparent hinc multæ collib. arces.*  
 Huic propinquæ est Balma, natura *Balma op.*  
 munitum oppidū, insigne antiquo  
 & omnibus maiore monasterio or-  
 dinis Cluniacensis, cuius fundamē-  
 ta Bruno Chilperici regis Burgun- *Erimo. Chil-*  
 diæ filius maximis impendijs iecit. *pericus.*  
 Sed ruinosum, & penè uetustate  
 collapsum, nostra ætate magnificus  
 & excellēs antistes D. Guilhelmus  
 à Poupet, eius loci hæteriarchus,  
 Mecœnas meus, reparauit, atq; lō-  
 gè maius, longeçp; magnificentius,  
 quam antea fuerat, extruendum cu-  
 rauit. Hic naturæ opificiū singulare  
 f 5 admi-

BVRGVNDIAE

admirari poteris. nam undiq; to-  
tum oppidum, nisi qua castrum Ca-  
roli itur, altissimis rupibus ueluti  
**Cella flu.** muro circuallatur, ex quibus Cel-  
la flumen scaturit, ad Arlum dela-  
bens. Hanc uallem egressis, ui-  
**Celeræ op.** suntur Celeræ, uetustate ac incen-  
dijs penè collapsæ. Arx quoq; semi-  
**Petrus Frois** diruta est, patria nostri Petri Frois-  
fardus medi sardi medici, quo nihil doctius. Ha-  
**cus.** bent hic Franciscani de Observan-  
tia monasterium. Hinc ocyus ad  
**Arlum op.** Arlum antiquam properabimus ur-  
bem, solo omnigenum rerum fertili-  
nobilem, dum Regum Burgundie  
adhuc in integro fortuna erat. Sed  
**Nozerethi** eius splendorem obscurauit Noze-  
**sedes princi-** rethum, in quo principes sedem su-  
**pum Auren-** am ( amœnitate, ut credo, loci du-  
**giae.** cti ) hactenus constituerunt. Di-  
midia huius urbis pars in motis pla-  
nicie arcii adiacet, & superior Bur-  
gus dicitur. Inferiorem uero ciuita-  
tem, quæ prope Cellæ fluminis ri-  
pam iacet, ac in collis molliter ascen-  
dentis

## DESCRIPTIO.

dētis parte posita est, posterioribus  
seculis prīcipes à Chalon cōdidis-  
se, ac Arlez, hoc est iuxta arcem co-  
gnominasse, neminem latēre arbī-  
tror. Prīma enim eius nominis syl-  
laba, quæ est Ar, ab arce deducta Ar.  
est: quæ sane uox partem illam ur-  
bis in mōte sitam, natura munitam  
significat. Altera autem quæ est lez, Lez.  
nostris hominibus pro iuxta, aut  
propè, usurpatur. Hinc simul oc-  
currit Rufacū, amoenū oppidum, Rufacū op.  
lætissima rura habens, ex quo Clau-  
dius Lesmæus noster natus est, uir Claudius  
non solum eruditioñe & humanita-  
te præstans, sed integer uitæ, scele-  
risq; purus: atque mihi longa con-  
suetudine, summa benevolentia,  
summo studiorum consensu cha-  
rus, atque perinde deuinctus. Hoc  
præterlabitur amnis Cella.

Sed hinc diuertamus Bleterum, Bleterum op.  
in planicie etiam situm, moenibus pidum.  
cocti lateris, turribusq; & arce egre-  
giè munitum. Cella amnis obit mu-ros

ros cœno & graueolentibus undis.  
Huius ager lutosus plurimū lo-  
quaces ranas producit, tamen ferti-  
lis, & tritici præcipue ferax. unde  
Bleterum, quasi Bleterra, dictū esse

*Ble quid Gallis.* oppidum arbitror. nam Gallis ble,  
triticum dicitur. Domos multas &  
elegāteis communiter ex latericio  
lapide habet. Anno 1519. secundo  
Iulij, incendio ferē totum conflagra-  
uit. Hic nati sunt, Petrus Agius à  
Polichni, vir pius perinde atq; eru-  
ditus: et item Paulus Michoderius,

*Paulus Mi choderius.* & Petrus Badinus, optimae spei iu-  
uenes, & rectissimis quoq; studijs  
nus.

*Petrus Badi* atq; optimis artibus dediti. Hinc  
*Lædon op.* breuis est transitus ad Lædonem, e-  
legās cum primis ac in plano situm  
oppidum, ubi hac ētate est celeber-  
rimum emporiū. Occupauit enim  
totam ueterem gloriam montium

Moreti & Acuti. Nostra uero me-  
moria ter incendio fortuito corru-  
ptum fuit: cuius ædem D. sacram,  
reuerēdissimus præfus *Guilhelmus à Po-*

*Guilhelmus à Po-*

à Popet, à fundamentis penè nouā reddidit. Ipsum quinetiam oppidū nunc Lonsalīnum uulgò nomēcla. *Lōsalīnum.* turam habet, à salinis, quibus olim celebre fuit. Huic porrò sunt duo contubernia: unum Frāciscanorū, qui nunc audiri uolunt de Observātia: alterum monialium. Platæas sati amplas & rectas habet, domos multas elegantes & magnificas: fossis aquaticis, sæpe unde solet corrūpi aer, cingitur, ac magnis circūque que suburbījs impeditur. In ea ciuitate sunt præstantissimi aliquot Iure consulti reconsulti, uidelicet Desideratus Vaulcherus subiuridicus, Claudius Loysetus, Claudius Iannādus, Philibertus Porterus, Petrus et Io. Mercerij, Stephanus Dometus, omnes miræ cùm eruditionis, tum candoris. Non longè hinc est Salsubium pagus, à salso etiam fonte olim ibi scatente denominatū: nostris Saulbie dicitur. Monsmorotus autem, in monte est non arduo; Monsacutus

*Iure consulti  
Lonsalīmenos  
ses.*

*Salsubium  
pag.  
Saulbie.*

**Monsacutus** *tus uero præexcelso in colle, atque conspicuo.* Ambo sunt uitibus con-  
*op.* siti. Mox est Laurentianum, exi-  
**Laurentia-** *guum quidem admodum illud, sed*  
*num op.* *miram profectò uetustatem refe-*  
*rens. Inter hoc & Montem acutum*  
*fuit arx ferè inexpugnabilis, quæ*  
*quoniā uiarum obseffores recipie-*  
*bat, & exulib⁹ erat asylū, Burgun-*  
*dionum armis subuersa esse fertur.*

**Orgelii op.** Non procul hinc est Orgelium,  
*mercimonijs florens, & cuius inco-*  
*læ sunt industrij & negotiosi, lanifi-*  
*cio dantes operam. Huius pars alte-*  
*ra cum arce edito in loco est, altera*  
*ad radices collis illius plano in loco*  
*sita: sed utraque procumbens solis*  
**Ioanna Da-** *ad ortus. Ex eo loco nata est mihi*  
*guet.* *mater Ioanna Daguet. nati sunt &*  
**Stephanus** *uiri ingenio & omnib⁹ artibus præ-*  
**Rodetus.** *diti, Stephanus Rodetus, Claudius*  
**Claud. Mal-** *Malleolus, in Secusianorum foro*  
*leolus.* *gymnasiarcha: Antonius & Clau-*  
**Antonius et** *dius Michael fratres, quorum hic*  
**Claudius Mi-** *ael. Aurelijs iuri dans operam, ad ma-*  
*gnam*

## DESCRIP TIO.

gnam eruditionem expectatus, fa-  
 torum iniuitate hoc anno 1550. ab-  
 reptus est, quum nondum 25. atti-  
 gisset annum. Huius ciuitatis pri-  
 marij hodie sunt, Petrus Moretz  
 D. à Villechastel, Adrianus Mo-  
 retz D. à Maregnia, & Humber-  
 tus Morez. Ager minimè ferax  
 est, utpote assiduis collibus ualli-  
 busq; non obliquus solum & inæ-  
 qualis, sed etiam rupibus et faxis a-  
 sper. Vnde communi prouerbio di-  
 citur, habere campos sine gramine-  
 bus, fluuios sine piscibus, montes  
 sine sylvis & nemoribus. Alijs alia  
 addūtur: Iulianum, Iuliano Antio-  
 chensi Christianissimo ac martyri  
 sacratum, medio est ferè inter Bur-  
 gum forum Secusianorum et Orge-  
 lium itinere. Mons floridus, in  
 excelsò & natura munito loco, cu-  
 ius uallisq; cœunda est, & amœna:  
 Cheuannæ ruinosum & penè uetu-  
 state collapsum oppidum: Amur-  
 cum oppidū mercatorum insigne,  
   satis

Petrus, Adri-  
anus, Hume-  
bertus Mo-  
rez.

Iulianū op.  
Iulianus mar-  
tyr.  
Burgum c.

Monsfloris  
dus op.

Cheuannæ  
op.  
Amurcū op.

**Philibertus**  
à Balma.

satis amplum, potensq; cuius D. est  
Philibertus à Balma, Baro à Mon-  
falconeto, Caroli V Cæsaris Oeo-  
nomus, & ordinis S. Iacobi com-  
mendator. Hoc oppidum ornat ui-  
ri aliquot omni uirtute præstantes,  
Et clari Latia lingua, linguaq; Pelasga.

Hactenus fauonium uersus, id  
est, ad occidentem, iustratis ordine  
ciuitatibus, nos tandem ad Septen-  
trionem pergemus: de cuius ciuita-  
tibus, ordo postulat, ut nunc di-  
camus.

A' Septentrione quatuor millia  
passuum, ad sinistram sunt Salinæ,  
**Salinæ c.** amplissima ciuitas, toto orbe nomi-  
nata ac celebris, à salsis & altis fon-  
tibus, ibi iuxta alios aquæ dulcis fon-  
tes scatentibus denominata: unde  
sal igne densatum, in usus quotidia-  
nos conficitur, candore præstans,  
ac maximum nostrę Burgundiæ ue-  
ctigal: quod inde in finitimas regio-  
nes immensis curribus exportatur.  
Munitissima quidem illa, cum cel-  
lissimis

fissimis turribus, & firmissimo mu-  
ro: tum duabus arcib. brachiorum  
instar, unde illi quæ ab austro super  
rupe est nomē Brachium: altera ue-  
rò ab aquilone, etiā ipsa in rupe ca-  
strum Belim dicitur. Ciuitas autem  
ipsa in magna & angusta ualle in  
longum extensa, inter mōtes horrē  
da altitudine, uinum apricis in lo-  
cis fundentes præstantissimum, sita  
est. Vallis uero ipsa olim Scodinga  
dicta fuit, ut in D. Anatolij historia  
legimus: quæ fertiles habet agros,  
sed ob loca concava & montium a-  
speritatem cultu difficiles:

— Fontibus omnia puris

Hic sunt irrigua, & riui de rupe cadentes,  
Prata per et cāpos labuntur murmure dulci.  
Ciuitatem porrò Forica, sine Forio  
la fluuius præfluit, ad quā sunt mo-  
læ aliquot. Sic autē dicta est, quod  
urbem immunditijs purget. In eam  
enim fœdissima uentris proluuiies,  
quisquiliæ, & urbis purgamenta  
deïciuntur. Sunt qui Furiosam ma-

*Brachion  
arx.*

*Scodinga  
uallis.*

*Forica, siue  
Foriola, que  
& Furiosa  
fl.*

g gis

gīs uerecundē uocant, quōd sit rapi  
dus, & cum celeritate & furore labi  
tur. Habet celeberrima Canonico-  
rum collegia tria, in quibus princi-  
pem tenet locum, quod est à D. A-  
natolio denominatū, cuius præpo-  
*Io. à Paulo.* situs est Ioan. à Paulo, maximus &  
summo loco natus, vir pius perinde  
atq; eruditus: secūdum est D. Mau-  
ricij, tertius Michaelis. Est item cœ-  
*Franciscani.* nobium Franciscanorum, qui à grā  
maiores. di manica Maiores uocari uolunt.  
Vestes enim largas cinctas, & in ta-  
los usq; demissas, cum largis et capa-  
cibus manicis gestant. Sunt & pa-  
rochię quatuor, uidelicet D. Anato-  
lij, Mauricij, Ioannis Baptiste, &  
uirginis Mariæ. Pauperū porrò xe-  
nodoxia tria, Montis acuti, D. Ber-  
nardi in ciuitate, & Brachionis in  
rupē occidentem uersus. Sunt pre-  
terea facella aliquot, potius quam  
templa. Domus autem sunt magni-  
ficæ & luculentæ, maioreq; ex par-  
te gypseæ, parietibus tenuibus, in  
altum

altum erectæ , interpositis crebris  
trabium craticulationibus . Vulga-  
res etiam ex luto gypsato crustatæ  
sunt. Habet porro hæc ciuitas mul-  
tos genere & eruditione clarissi-  
mos uiros, inter quos sunt, D. Ni-  
colaus Gylleus, D. à Marnoz, ho- <sup>Nicolaus</sup>  
mo apprimè nobilis atq; egregie e- <sup>Gylleus</sup> D. à  
ruditus, qui legationes quampluri- <sup>Marnoz.</sup>  
mas sub Carolo V. Cæfare ad exte-  
ros principes magna cū laude atq;  
fœliciter obiuit : Philippus Gui- <sup>Philippus</sup>  
erche, D. à Cheneure, uir non mi- <sup>Guierche</sup>  
nus omni eruditione, quam gene- <sup>D. à Chenen-</sup>  
re antiquo et illustri clarus, magnis <sup>re.</sup>  
in rebus haud uulgariter uersatus,  
magnaç; in ea ciuitate autoritatis:  
Ioannes & Petrus Sacheti fratres, <sup>Io. & Pe-</sup>  
uterç; insigni doctrina & pietate <sup>trus Sachet-</sup>  
spectabilis: Io. Cōtessa, ingenio cla- <sup>ti.</sup>  
rus & præstans uir, in xenodochio  
Montis acuti præfectus, quem do-  
minus magistrum uocant: Io. Gylleus, <sup>Ioan. Gylle-</sup>  
in omnium disciplinarum ge- <sup>us.</sup>  
nere grauiter eruditus, & poeta præ-  
clarus:

*Ant. Chau-  
rus.*

*Francis. Da-  
lonual.*

*Guilhelmus  
Marceret-  
tus.*

*Goylae mo-  
nasterium.*

*Marie à cas-  
stro mona-  
sterium.*

*Dornon ui-  
cus.*

clarus: Antonius Chauirus, medici  
næ doctor: Franciscus Daltonual,  
apud D. Anatolium ecclesiastes, lit-  
terarum & omnium bonarum arti-  
um, astronomiæ, architecturæ & sta-  
tuariae cum primitis studiostus: Gui-  
helmus Marceretus, V. I. doctor, il-  
lustrissimi Guilhelmi à Nassou Au-  
rengiæ principis, D. à Nazareth,  
subiuridicus.

Vnius autem teli iactu supra ciui-  
tatem, est coenobium Regularium,  
ut uocant, dictum Goyle, in rupi-  
radice. Vno porro milliari occiden-  
tem uersus, in rupi cacumine, est  
monasteriū quod Mariæ à Castro  
dicunt. Sed de Salinis hactenus.  
Nūc ad Dornonem uicum, insigni  
Gallorum clade & superiorū Bur-  
gundionū uictoria nobilissimum,  
ascēdamus, rectâ illinc per Afnam,  
ad Montem maiorem uenturi. Vi-  
cū ipse satis contractus est, genia-  
lis tamen gratiæ & ruralis amoēni-  
tatis non expers, cuius illustratio-  
nis

nis causa hæc fuit.

Sigismūdus hoc nomine p̄imus Sigismūdus  
 Austriæ Archidux, in Tyrolis domi Austriae ar-  
 nio Fridericum patrem sequutus, chidux.  
 statim inter initia principatus inau-  
 spicatò manum cum Heluetijs con-  
 seruit, dum auitam in Heluetijs di-  
 tione aut tueri armis, aut uendica-  
 re amissam conaretur. Quo cum ni-  
 hil proficeret, Carolo Burgundiæ Carolus  
 ducī ea bona leui precio uendidit. Burgundiæ  
 Qui armis Heluetios ad obsequiū dux.  
 redacturus, in ipso conatu prope  
 Nancum Lothoringiæ urbem con- Nancum c.  
 cedit, anno Christiano 1477. Cæte-  
 rum eo cæso, Ludouicus huius no- Ludouicus  
 minis undecimus Galliarum rex, II. Galliarū  
 armis Burgundiam ferè totam, Cra rex.  
 nio et Carolo Ambosio summis rei  
 bellicæ ducibus, subegit. Sed dum  
 secus quām militaris disciplina ex-  
 postulabat, quidam cognomento  
 Maillot, qui præsidij causa in Bra- Maillot.  
 chione relictus fuerat, incautè qua-  
 drigentos tantum ex nostris, mul-  
 g 3 tis in

tis in locis aditus obsidentes, ac ad pugnā præter spem instructos ad ortus fuisset, fuso Gallorum exercitu, ac penē ad unum conciso, ipse ad Dornum uicum, locum ista clade nobilissimum, globulo manuariae bombardæ occubuit. In eo conflictu desiderati ex principibus pariter sunt aliquot, quos hic recēdere non libuit. Salinis enim apud S. Mauriciū uisitū sepulchrum A-

*Adamus à S.* dami à S. Lupo, equitis aurati, 26.

*Lupo.*

Januarij ē uiuis sublati. Dies autem conflictus fuit 17. Januarij, D. Antonio festus, anno Christiano 1492. In quo si alias unquam, tunc Burgundionū uirtus, in primis Migenium, enīuit, qui post hanc præclaram uictoriam atque Gallorum cladem respirare, ac rem inclinatam restituere cōperūt. Salinas urbem graui obsidione liberarūt, relictosque præsidij causa in Brachionis arce elicuerunt, Gallosq; omnes Burgundia superiori exegerunt. Sed quod

quò digredior? Hæc extra līneam  
dicta uidebuntur. Ad suscepta igi-  
tur, & de Afna dicamus, quæ dicitio  
Arabica est, & illuſtrem significat.

Arx autem est oppidi instar, omni-  
um celeberrima, natura loci ualida,  
munitaꝝ. Sita enim est in colle sa-  
xoſo, surgente in proceram altitudi-  
nem, qui nec adiri potest. Nam ual-  
ibus est circundatus omni ex par-  
te, quarum profunditatem quis cō-  
prehendere uisu nequeat. Valles  
sunt angustæ & inextricabiles, in  
quibus uisitatur monasterium Clara-  
rum uirginum, dictum Migetæ.

Ab Afna unius lapidis interualllo  
abest Monsmaior, peruetus arx in  
excelsø monte, specula totius Bur-  
gundiæ, & eiusdem nominis oppi-  
dum, cuius mœnia sunt ferè ruino-  
sa. Arx ipsa alijs utriusqꝫ Burgudiæ  
oppidis sese undicꝫ spectandā mul-  
to splendore præbet, & plures ar-  
ces, uicosqꝫ frequentes lætis oculis  
aspicit. Coelum habet saluberrimū,

Afna arx.

Migetæ mo-  
naſterium.Monſmaior  
op. & arx.

Villephanū  
op.

& agrum fertilissimum. Hinc sursum uersus Eurum, hoc est oriētem, est Villephanum, in ualle situm, habens præter cæteram feracitatem agrum uino aptū: quapropter maximam uini partem Vercellēsibus & Mortuacensibus præbet, cum montes habeat undicē sibi imminētes uineis, usq; ad uerticem fere, plenos, qui pro muris sunt. Sed hinc

Ornatū op.

Nicol. Perrenotus à Granuilla. proficiscamur Ornatum, inter excellissimos mōtes situm, illustri Nicolai Perrenoti à Granuilla, supremi rerum status consiliarij & sigillorum Cesareę Maiestatis cōseruatoris ac custodis, ortu nobilem locum: quem Lupa, altissimus, latissimus & rapaciss. Burgundiæ fluuius interfluit: in quo sunt multa pīscium genera, inter quos numerantur aloſa, barbatulus, anguilla, & aurata. Is oritur paulo supra Villephanū,

Lupa fl.

Ouinū pag. & non longe à Dola, cum Dubide in Ararim aquis properantibus deuoluitur.

Proxime

Proximè Ornatum arx in colle stat,  
oppidi instar, tum aspectu magnifica. Paulo infra sunt ferrifodinae, &  
aliquot arces munitissimae in montibus. Ad eiusdem Lupæ ripas haud  
procum est arx Clarum in colliculo, *Clarum arx*  
cum eiusdem nominis pago: à quo & pag.  
non multum ulterius sursum uersus  
Vesontionem digressi, ecce super-  
bas Montronci turres atq; domos *Montronci*  
uidemus, celsis in rupibus extru-  
ctas, cuius loci naturam atq; situm,  
& ampla commoda omnes miran-  
tur. Paulo infra ad sinistram est arx *Argua arx*  
*Argua*, & ei subiectus pagus cele- *& pag.*  
brati nominis,  
Plena hic floribus ipsa prata rident,  
Hic colles humiles amat Lyæus,  
Gaudet copia fructibus repleta  
Cornu suauibus.

A' Salinis ad sinistram breuis est  
transitus ad Rhenam, & hinc Quin-  
gium, uetusissima oppida, ad Lu-  
pæ quoq; ripâ posita. Vtrumq; Am-  
bosius solo adæquauit, nunc utcun-  
que

*Rhena op.*  
*Quingiu op.*

que restitutū. Ultra Vesontionē, a-  
 quilonē, hoc est septētrionem uer-

*Palma op.* sus, sunt: Palma Dubidi immīnēs,  
 Christophori Simoneti patria, ho-  
 minis ingenio & candore latino or-  
 nati, quemq; musæ non abhorrent:

*Beuium op.* Beuium, sic dicitum, quod iter ibi in  
 Claruallis duas vias scindatur: Claruallis, &

*op.*

*Lila op.* Lila, ripēsia Dubidis oppida: quo-  
 rum primum miserabili incendio  
 conflagravit anno Christiano 1533.  
 & ferè eodem tempore fatali igne  
 Luxouium incensum & dirutum

*Vesulium c.* esse dicitur: Vesulium, Haud nume-  
 randa inter postremi est nominis urbes,  
 Seu priuata notes, seu publica munia rerum.  
 Huic sunt fortissima mœnia, ac ma-  
 gnificæ domus. Vitiferum est, & re-  
 fertum uiris cum authoritate et mo-  
 ribus, tum literis & beatissima in-  
 genij ubertate cōspicuis. Quorum  
 singula nomina si enumerare con-  
 tenderem, in longum nimis nostra

*Io. & Thos. Soneti.* protraheretur epistola. In his sunt,  
 mīro

mīro & animī & eruditōnis cando  
re, quorum consuetudine diu Do-  
læ usus sum.

Mox est Luxouium, cœnobio à <sup>Luxouii op.</sup> Chilperico Burgundionum rege  
constructo insigne. Hic tepidæ a-  
quæ ad balnea scaturiūt, ebuliūtq.

Rubimons olim opulentū oppi <sup>Rubimons</sup>  
dum, nunc admodū ruinosum, ubi <sup>op.</sup>  
quotannis die Georgij festo, totius  
Burgūdię nobiles cōueniunt, diēcę  
illum sacrī ritibus lātitiaq; profe-  
quuntur. Id institutum factum tradi-  
tur, circa annū Christianum 1370.

Gyum ciuitas munifico, neca- <sup>Gyum op.</sup>  
spernendo popello, cuius ager in-  
comparabilis fœcūditatis est. nam  
uini est ferax, quod uirtute et gratia  
cum Vesontico certat. Vehitur in  
Germaniam, non quidem publice  
promercale, sed priuatim à magna-  
tibus. Hieronymus Buslidius, Ar-  
chiepiscopus Bisontinus, hīc excel-  
sas turres construxit, & arcem lon-  
gè splendidissimam,

Morel.

*Morellum**op.**Petrus &**Franciscus**Richardoti.*

Morellum uitiferum, quod Petrum & Franciscum Richardotos nobis dedit, fratres, & Canonicos apud D. Ioannem Vesontij, uiros solida doctrina, & si quid honoris inde esse possit: quorum alterum, Petrum, singularem amicū meum, mors acerba ante diē abstulit, longiore plane ( si ita uisum Deo fuisset ) uita dignum, cuius quidem fatum magno accepi dolore.

*Marnecum**op.**Charriæ op.**Mombosium**op.**Iunuilla op.**Pema op.**Acey mona**sterium.*

Marnecum.

Charriæ, ubi Franciscani etiam

domum habent.

Mombosium.

Iunuilla, amplum &amp; uetus op-

pidum, moenibus senio nutatibus.

Pema, inter quam &amp; Dolam est

monasterium Acey: de quo cuius-

dam abbatis ad Martinum Papam

huius nominis V. hoc scriptum fer-

tur: Inter dolum &amp; pessimum in

aceto positus sum. per dolum, Do-

lam: pessimum, Pemam: acetum,

ipsum monasterium intelliges. Sed

num

num nomina rebus respondeant,  
ingeniosus lector cogitet.

Fauernum,  
Treuīum, uetus ta oppida: deinde  
Visio. hinc non procul sunt Chā-  
pnite, siue Chamnicium, quo nomi-  
ne est etiam ciuitas in Misnia. Por-  
tuzona, quę secundum litus Araris  
sita est.

Amantium etiam ad Ararim. Est  
aliud oppidū eodē nomine Sycam-  
brorū, supra Namurcū. Hæc à me  
silentio inuoluūtur, cum aliquot a-  
lijs, quādo mihi perspecta nō sunt.

Sed ut quæ mihi nota sunt prose-  
quar, in hoc tractu nihil est Græo ci-  
uitate præstantius: de qua ut dica-  
mus, non ordo tantum, sed etiam  
loci celebritas postulare uidetur.  
nam inter præcipuas nostræ Bur-  
gundie ciuitates cōputatur. Amœ-  
na est, & in ipsa Araris ripa,  
Diues opum uariarū, et nullius indigæ cultus.  
Est quoq; magnificas ædes hic cernere pas-  
sim,

Fauernū op.

Treuīū op.

Visio op.

Chamnitæ

op.

Portuzona

op.

Mantiū op.

Græum c.

Strata

*Strata platæarum, et uitreos per compita for  
teis,* (parua.

Ornamenta urbis, populiq; haud commoda  
Illustrior redditur multis & æterni  
tate dignis ingenij. In his sunt, splē  
didus & nobilis atq; iustissimus ue  
teranus ille, præses Dolanus, Hu  
go Marmerus, D. à Gatel, Natalis  
merus. Hugo, Guilhelmus & Claudius  
Botecholí, uiri doctissimi & diser  
tissimi, atq; utraque lingua optimè  
præditi.

Ex altera aut parte patetes habet  
campos, rerum omnium copia fœ  
cundissimos: qui sic opimi sunt &  
fertiles, ut & ubertate agrorum, &  
uarietate fructuum, & magnitudi  
ne passionis, & abundantia earum  
rerum quæ ad uictum hominis spe  
ctant, & exportantur, facile uicinis  
terræ antecellat.

Vesontio. Sed nunc ad Vesontionem, à qua  
digressus sum, redeo: de qua que a  
pud præstantissimos scriptores ani  
maduerti, summatim, & breuius q̄  
tanta

tata ciuitas postulabat, descripsi & exposui. Ad quæ adderē de origine & uetusitate, nominisq; ratione, & etymo, de nobilitate, libertate ue teri & insignibus, deq; magistratib. urbis, tum de incōmodis periculis' que quæ illi uel à bellis uel incendijs acciderunt: de mœnibus & arcibus munitissimis, deq; ædificijs tā publicis quam priuatis, quibus hodie ornata conspicitur: deniq; de familijs illustribus, & quantæ sanctimoniae & constantiae uiros hæc ciuitas tulerit, quales fuere multi huiusc ciuitatis Archiepiscopi, & numerosa beatorum martyrum turba, in cœlum recepta: postremò magnifica tēpla à recutitis & Sabatarijs cōstructa, quæ postea Christiani in sua templa conuerterunt, & memorabiles sepulturas: nisi re hominem summa & doctrina & ingenio præditum, ac earum rerum exploratorem diligentissimum, ea omnia literarum monumentis trare,

Paris Fauer dere, à Paride Fauernero discipulo  
nerus. tuo, cognato uerò meo, oppido-  
quam libēter acceperim: nisi etiam  
epistolæ prolixitas nos deterreret.  
Cui antequā colophonem impo-  
nam, istud addere libuit. Tametsi  
hæc ipsa urbs per se sit satis clara at  
que admiranda, tamen etiam quasi  
quibusdam luminibus illustratur,  
*Francis. Bo  
ualotus.* ortu Reuerendiss. & clarissimi D.  
Francisci Bonualoti, Luxouiensis  
abbatis, uiri omnium laude, prædi-  
catione, literisq; decorand: tum il-  
*Aedes Gr  
uillanæ.* la Granuillæ progenie & familia,  
atq; eius ædibus quadratis, & ad  
normam dolatis lapidibus, ac sin-  
gulari quadam artis peritia exedisti-  
catis. Supersunt enim fateor plu-  
reis Superioris Burgundiæ amnes,  
Iacūs, riui, oppida non pœnitenda,  
& arces in montibus aptissimè col-  
locatae: quarum quædam aut euer-  
sæ æquateq; solo, aut semiuste flam-  
mis, aut dirutæ & in rudera fœdis-  
simè disiectæ, de quibus in libro Il-  
lustra-

Iustratæ & reparatæ ueteris Bur-  
gundiæ commodius, atq; ítem co-  
piosius (si nobis uitam Deus proro-  
gauerit) referemus. Nam hęc aliud  
tempus, & aliud otium requirunt.

In eo autem libro totam Superio-  
rem Burgundiā, Galliæ Belgicæ Comitatus  
regionem, secundum iurisdictio-  
nes & prefecturas, quas Budęs in  
Forēibus Diœceses uocat, in tria  
latera secuimus: uidelicet Inferius,  
Superius, & Dolanum. Deniq; e-  
ius situm in hunc ferè modum figu-  
rauimus, ut ab oriēte ad Heluetios  
usque ascendat, à meridie ad Allo-  
broges et Secusianos definiatur: ab  
occasu, inferiori Burgundiā, à se-  
ptentrione Lothoringia & superio-  
ri Germania terminetur. Postre-  
mò ueteris Burgundiæ descriptio  
nem ac chorographiam addemus,  
cum uetus & recentioribus loco-  
rum uocabulis. Primos ítem hero-  
es, deos atq; reges Burgundiæ, pri-  
mas expeditiones maiorum nostro-

h      rum,

rum, in alienas exterisq; nationes, rem militarem, mores, leges & ritus, pondera, mensuras & monetā, religionem, studiū & uestitus: Burgundionum ueteres sedes, quomo do ex Germania interiore atq; Vi stula amne ad Rhenum & Gallias migrarint, longè lateq; omnia oc cuparint, atq; potentissima regna & ciuitates cōdiderint. Adhæc ma ximam Burgundiæ mutationem, quæ longo tēpore sub regibus fuit: nunc autem regia dignitate amissa, Ducatus & Comitatus titulis insi gnis est, cuius principes ceterorum Christianorum duces et comites fa cile præcellunt. Complura item alia uulgo non protrita, cognitu uti liss. atq; iucūdissima, in primis tem poris nostri res memorabiles, ob communē studiosorum utilitatem, in hisce Commentarijs referuntur, quæ hic indicare nihil operæprecium est. Me namq; etiam hęc episto la, quæ iam ad exitum spectat, pro hibet

hibet latius euagari. In qua tametsi  
præproperè omnia, et ut canis è Ni-  
lo, perstrinximus, remq; omnem su-  
spensa (quod aiunt) manu delinea-  
uimus uerius quām depinximus, sa-  
tis tamen hęc tibi mi Babete etiam  
fore confido. Quod si ea parum ac-  
curatē tibi videbūtur curata, quod  
usus sim uulgaribus atq; hodie re-  
ceptis locorum nominibus, ut om-  
nia sint magis plana, cures exacti-  
us. Habebis saltem, in quo doctri-  
næ tuæ & ingenij neruos omnes  
contendas. Hæc enim uocabula  
quæ nunc sunt noua, sient olim ue-  
tera. Nam & illa quæ nunc sunt ue-  
tuſta, erant olim noua. Cæterum e-  
go quidem Vesontionem tenui fi-  
stula cecini, sed spero breui tuam tu-  
bam eius ciuitatis præconia clarius  
resonaturam. Bene uale, & me  
(quod scio te facere) ama. D. Fran-  
cisco Richardo ex me P. S. di-  
ces: quem rogabis, ut me reueren-  
ter & diligenter magnifico Præ-

suli Luxouiensis cōmendet. D. Hū-

*Iantotus.* bertū Iantotum, municipalē & pri-  
marium istic iudicem, in tanta gra-  
tia, tātaq̄ authoritate apud Veson-  
tinos esse gaudeo. nam semper ui-  
sus est amans mei. Salutabis homi-  
nem meis uerbis amanter. Et item

*Ludouicus* D. Ludouicum Fauernerū, cōeno-

*Fauernerus.* bīj D. Vīcentī *νωσόνομογ*, cum Pa-  
ride eius fratre. Tornondo precor

apud uos propitiam Deliam. Tum  
*Sebast. Mü* Munsterum nostrum, solerti uirum  
*sterus.* ingenio, ut aliquando nostram re-  
gionem cum cæteris adornet, non  
cessabis, sua sponte ad studiosorum  
hominum commoda propensum,  
sedulò cohortari. Iterum eti-  
am atq̄ etiam Vale.

CONVEN-

CONVENTVS SV-  
PERIORIS BVRGVNDIAE  
per eundem Gilbertum Cogna-  
tum Nozerenum.

**Q**uam nostræ Burgundiæ conuentus agitur, quæ in tres Diœceses, siue præfecturas, ut ius facilius diceretur, diuisa est, uidelicet in superiorem, inferiorem, & Dolanam, conueniunt:

Princeps Aurengiæ, D. à Nazareth, &  
Arlo, Marschalus.

Comites superioris diœcseos:

Comes à Mombiliardo.

Comes à Roche & Voirax.

Comes à Montruel, D. à Pema.

Comes à Thalamey & Vaulgrenans.

Comes à Vergey. Comes à Rey.

Comes à Listenois,

Comites inferioris diœcseos.

Comes à Ruffey, & Sanct Aulbin.

Comes à Cheureaul.

Dolanæ.

D. à Geury

D. à Longe pierre & Rahon.

D. à Cleruens.

### Archiepiscopus Bisontinus.

Aegyptiæ & abbates superioris diœceseos.

Abbas loci Croissant, Charitatis,  
Bitaine, Corneul, Chilley, Clari fontis,  
Loxoniensis, Belleaulx, Gratiae dei,  
Chari loci, Trium regum.

## Inferioris.

S.Eugendi, Balmæ, Balernæ,  
Montis S.Mariæ, Montis Benedicti,  
Goyllæ, Rosarum.

## Dolanæ.

Billon, S.Vincentij, S. Pauli, Dacey.

Præfecti, quos priores uocant,  
superioris dioceſeos.

Præfectus Vaucluse, Lanthenam,  
Cusance, Marteret,  
Iussey, Portuzone,  
Monthereul ad Sagonam,  
S. Marcelli.

## Inferioris.

## Mainnau, Vaucluse,

Boni loci, à Mota,

Lonsalini, Arbosij, Motæ,

Syrodi,

Syrodi, Vallis supra Polichnum,  
Mortuae.

## Dolanæ.

Loye, Laval,  
Damparis, Louhe,  
Monterot, Motæ supra Altam petram,  
Faye, Mostier in Secusia.

Canonicorum cōuenticula super-  
rioris diœcēsēos.

Cōuenticulum Calemōstier.

## Inferioris.

S. Mauricij }  
S. Anatolij } Salinis.  
S. Michaelis }

Arbosienſe, Polichnienſe,  
Nozzerethenſe.

## Dolanæ.

Dolense, Bisuntinense.

## Ciuitates superioris diœcēsēos.

Groum, Vesulium,  
Mombosium, Iussum, Palma,  
Portuzona, Cromarum, Mons Iustini,  
Facogney.

## Inferioris.

Salinæ, Arbosium, Polichnium,

b 4 Pontarlung,

Pontarlung, Nazarethum,  
Castrum Caroli, Mons Moroti,  
Orgelium,

## Dolanæ.

Dola, Quingium, Ornatum, Loya,  
Rochafortis, Vercelleæ.

Δεσποτοι & domini superiores dioceſeos.

D. à Montmerotim & S. Loup.

A' S. Martino, A' Toulons,

A' Villeneufue, A' Rupt,

A' Montgeuelle, A' Cistillon, &

Conflandey, Beluoye,

Valeſſon, Daſſicey,

Ygny & Chemilly, Doiſelet,

Cicon, Traſues,

Rainconnieres, præfectus in Montcourt ne

Chastillon,

Monbaillon, Coſte brune,

Sombernom et à Scey,

Valeſault, Barmont,

Dauilley, Mugnay,

Verreul & Tonraize,

Citoy, Prouanchieres,

Grandmont, Velleucheureulx,

Vefcy,

Vesey,	Dampierre ad Dubium,
Frotey,	Beutal,
Matay,	Noironde,
Tromarey,	Millesey,
Maillerencourt,	Myon,
Bennenge,	Vellerot leboz,
Clerc,	Betoncourt,
Montailote garmondans et de Fraisnoy,	
Chauirey,	Montot, ne
Præfectus Faulcogney,	
Mons S. Legier,	Cuury,
Montereul,	Sorans, et de Lambry.

## Inferioris.

A` Coulognia et Dandeloſt,	
A` Courlaou et Du pin,	
A` Sanct Amour,	Arynthoz,
Laulbepin,	Poupet,
S.Sorlin,	
Darnam, et de Tramelay,	
Bercya,	Cressya,
Fitigny	Chamberya
Montene	Vecles
Rosait	Marrignya
Beauffort	Nant lez S. Amour
Laigle	Courboson
b	Vertamboz
s	

Vertamboz	Largilla
Moiron	Lestouille
Chaneæ	Aresche
Coges	Bar & lousseaul
Daugea	Muyre
Charrim	Charlin
Chauannes	Breterijeres
Frontenay	Cognya
Chaulx	Montnet
Vaidans	Villette lez arbois
Daigle pierre	Chastelvillain
S. Julian	Descriilles
Verges	Chay
Champagne	Beaulchemin
Villeneufue lez Orgelet	
Chases	
Præfectus arcis ne Ioulx	
Vincelle	Vismeaulx

## Dolanæ.

Vauldry	Rens
Rye	Monfort
Monthrichard	Fertans
Maillot	Bergmont
Cleron	Verchamps
Dossans	Porta

Chasteau

*Chasteau Roillault*

*Dabbans & Marchault*

<i>Reculot</i>	<i>Chantrans</i>
<i>Mons Grosspain</i>	<i>Mutigney</i>
<i>Chassey</i>	<i>Parefsey</i>
<i>Choysey</i>	<i>S.Ilye</i>
<i>Faye</i>	<i>Parrel</i>
<i>Chemin</i>	<i>Rabut</i>
<i>Champdiuers &amp; Ranslouniers</i>	
<i>Rainche court</i>	<i>Paintre</i>
<i>Montrambart</i>	<i>Salans</i>
<i>Goussans</i>	<i>Chauirey</i>
<i>Dancey.</i>	

### Senatus Dolanus:

*Diceceses, siue præfecturæ Superioris dice-  
ceos, & Iudex siue præfectus iuri-  
dicus.*

*Subpræfectus, siue Subiuridicus, N.*

*Actor publicus & regius, N.*

*Aduocatus fisci, siue Regius, N.*

*Inferioris,*

*Dicecetes, Ioannes à Popet*

*Subiuridicus, N.*

*Aduocatus fisci, N.*

*Actor publicus, N.*

*Dola-*

## Dolanæ.

Præfectus iuridicus, est Ioānes à Dandeloꝝ,  
Subpræfectus, Petrus Sachætus.

Aduocatus Principis, N.

Actor Regius, N.

F I N I S.

DE L A V D I B V S S V P E R I O-  
ris Burgundiæ, Humberti Mon-  
moretani Sylua.

Si memorare licet, quanta me dote bearit  
 Ille fauor cœli, pluias qui præbet, et aufert,  
 Arbitrio & celsum iusto regit ordine cœlū,  
 Fortunata equidē uel plus quam dicere possim  
 Ipsa mibi uideor, pingui tumet Africa gleba,  
 Et Samos, extensis fœcundaq; Belsia campis,  
 Nilo Isis, T molusq; crocis, oleisq; Venafrum,  
 Hybla rosis, T empe & fluuijs syluisq; triumphant.  
 Dat thymbras T roianus ager, T emeseq; metallis  
 Gaudet, hyperboreo gaudet Scytha pallidus auro:  
 Murice Getulus, lauris Parnassus abundat:  
 Cecropiū fert mella solum, buxosq; Citborus:  
 Vina Phalernus habet, croceas & gurgite uoluit  
 Lydius Hermus aquas, pulchros dat Cœa cupressos,  
 Iuniperos Libye, T agus aurū, thura Sabæus,  
 Brito bables lanas, Arabes opobalsama mittunt.  
 Ast ego fluminibus, campis, & munere Bacchi,  
 Et syluis pratisq; decens, diuesq; metallis,  
 Diues & à nigro deuectis mercibus Indo:  
 Et iuste tellus fortunatissima dici  
 Debeo, cum totas quas cingit lumine Phœbus  
 Exuperem terras, seu certent ubere glebae,  
 Seu uiolis syluisq; mibi, seu fontibus audent,

Vel

Vel pratis, uel fluminibus, uel deniq; gaudia  
 Sese opibus conferre meis. sub cardine cœli  
 Quis populus nescit, quantum Burgundia bello  
 Polleat? experta est uastri summum ardua mundi  
 Roma caput, quantum flexis gens Sequana frenis,  
 Et quantum pedes illa ualet, cum principe Breno  
 Italicae uictrix perterrituit oppida terræ,  
 Cornigerumq; Iouem, Libyes, Cyrrhae q; bicornis  
 Propulit attoniti trepidantia numina Phœbi.  
 Hæc mibi non paruam quamuis certamina laudem,  
 Et pariant illustre decus: tamen est mibi princeps,  
 Celsius ascendit nostri quo gloria regni,  
 Ore Paris, sed pace Solon, sed Scipio marte,  
 Eloquio Nestor, Milo robore, clarus Ulysses  
 Ingenio, grauitate Cato, probitate Metellus,  
 Pro patria Codrus: quid uerbis pluribus utar?  
 Quam non possideat, nullus uirtute resulget.  
 Huic Deus, æterno qui dirigit omnia nutu,  
 Cumæos, Pyliosq; dies, Phrygijq; senectam,  
 Aurora digni placidos concendere lechos  
 Præbeat, ætbereis mox raptus ad astra quadrigis  
 Astra Dionæi superet fulgore tyranni.

G. C. Nucill. Tetraстichon.

Fallere tam fidos fastu comitata superbo  
 Gallia Burgundos gestit, & illud amat.  
 Hæc q; diu fausto uixit sub sidere, sed nunc  
 Carolus imperio colla superba premit.

Gilberti

Gilberti Cognati Nozereni ~~węgierski~~ in op carmen,  
ad Ioannem à Balma Peranum, adolescentem  
tum nobilitate, tum ingenij dotibus  
clarum, discipulum suum.

Sic cupis optatum latus pertingere finem,  
Quæ tibi rescribo, non leuis aura ferat.

Iceler ad sacras curuato poplite uscas,  
Vt spiret uelis aura secunda tuis.

Perdita fac reuoces uigilanti tempora cura,  
Ad rectum ualeiuelle reducat iter,  
Solers si solitum frangat prudentia morem,  
Te dabit Eutéphtu munere lata suo.

Augeat ipsa tuum studium uigilantia, si uis  
Vt tibi Melapoménū munera clara dedit.

Tunc tibi perspicuam iunxit natura Θαλεῖα,  
Aptum doctrinæ quum dedit ingenium.

Te decet interea uanas propellere curas,  
Vt tibi sit præsto hæc cui meminiſſe datur.

Perspice doctorum uigilans inuenta uirorum,  
Tunc Egætò facilius lata reperta dabit.

Teq̄i χορόν uarijs orato uocibus aptum,  
Vt uelit inuenti pandere iudicium.

Prouidus ex multis potiores elige sensus,  
Splendida quos teneant non nisi uerba decet.

Edita distincē, ornatē, tunc dixeris aptē,  
Fulgida Kællieōnni ni sua dona neget.

Sic

Sic decus Ovgaviae immortale parabit, et altū  
 Scandere tu poteris sic Eλmōvæ: Vale.  
 Primum autem est, uelle: & quod uelis, to-  
 ris uiribus inquirere. Secundum, eo delectari  
 quod quæras. Tertium, instare meditando ad  
 id quod desideras. Quartum, honestè conuer-  
 sari, florere & uirere. Quintum, multarum  
 rerum recordari. Sextum, inuenire res nego-  
 tijs aptas. Septimum, inuenta cum iudicio or-  
 dine distribuere, ac ad ea idonea uerba accō-  
 modare. Octauum, cum quadam locutionis ue-  
 nustate proferre. Nonum, his tandem in altū  
 & sublime efferri, atq; inter mortales per ora  
 hominū diffundi. Hæc enim omnia Musarū  
 nominibus denotantur. Siquidem Clio, est uo-  
 luntas quærendæ scientiæ: Euterpe, delecta-  
 tio quæ ex houesta uolūtate percipitur. Mel-  
 pomene, meditatio: profunda enim cogitatio-  
 ne delectari eo quod desideras oportet. Tha-  
 lia, eruditionis germinatio: nam eruditionis  
 laus in longum tempus uirescit & floret. Po-  
 lymnia, multæ memoriar: qui enim in re litera-  
 ria operā nauant, intelligēdi et memoriar po-  
 testate præditos esse oportet. Erato, inuen-  
 tio: nam post scientiam & memoriam, iustum  
 est ut aliquid nostri opere ingenio inueniamus.  
 Terpsichore, exercitatio cogitationum: etc  
 nim

um perfectio sine disciplinarū exercitatione fieri non potest. Galliope harmonia, & cors sonorum pronunciatio. His autem omnibus omnia humanæ locutionis uenustas gignitur. Vraria humanae intelligentiae sublimitas, uiros eruditos ad coelum usq; uehicit, & eorum animos ad cœlestium contemplationem eleuat. Hinc porro quinq; Rhetoricae partes excipies, in quibus maximè orationis uis perspicitur: Inventionem scilicet, dispositionem, elocutionem, memoriam, & pronunciationem: tum uim naturæ artis, imitationis, & exercitationis: quibus omnibus rhetorica consumitur. Primum enim est inuenire quod dicas, deinde quod inuenieris iudicio disponere, tum quodd disposeris oratione uestire: quod uero uerbis & sententijs explicueris, memoria comprehendere (memorem namque disciplinarum studiosum esse oportet) tum ad extremum agere & pronun-

clare.

i GIL

GILBERTI COGNATI NOZE  
reni in nuptias Francisci Rathæi, &  
Ludouicæ Benedictæ, puellæ le-  
etissimæ, Epithalamion.

Lux tibi fausta datur, niueo signanda lapillo,  
Inter felices præpositasq; dies.  
Nunc optata diu uenerunt tempora, pulcher  
Nam tibi sub fausto sidere spirat hymen.  
Pronuba Iuno tibi dulces afflauit honores,  
Quum tua sunt claro membra leuanda sinu.  
Vnde fluant paruo dulces in tempore nati,  
Qui facie referant, moribus atq; patrem.  
Qui tua prælongo deducant stemmata seculo,  
Nomina nec patris magna perire sinant.  
Cum quibus ut possis niueam traducere uitam,  
Dij tibi dent longa prosperitate frui.  
Generosiss. principi Annæ, Antonij Lorthæ  
ringiæ Calabrorū & Bari ducis filiæ, Re-  
nati principis Aurengiæ, & Comitis  
à Nassou coniugi, Gilb. Cognat.  
Cognita terrigenis est hæc sententia diuûm,  
Corpora post paucos sunt moritura dies.  
Ast aliquid summo terris defluxit Olympos,  
Quo nulla fierent interitura die.  
Cætera post aliquem uanescut tēporis usum,  
Sed bona perpetuum carmina nomen habet.  
Quid bona Penelope, Lucretia casta, Sabinæ,  
Magna quid amoto carmine Dido foret?  
Nullaq;

**N**ulla forent claræ fortissima Pergama Troæ;

Nullaq; sublato carmine Roma foret.

**C**edite carminibus uanæ ludibria fortis,

Carmina perpetuum uiuere sola dabunt.

**N**ō licet ô specimen uirtutis maxima Princeps,

Ut percant uitæ nomina clara tuæ.

**H**oc ego propterea te iamiam carmine dono,

Quo potes æterna prosperitate legi.

**H**ec noua si captes gaudenti munera uultu,

Te meliore canet nostra Camœna pede.

**N**ec tua concedam tenebras ut fama receptet,

Nomen ab æterna posteritate feres.

**D**et superi quicquid cupias quodcūq; mereris,

Atq; frui longa posteritate. Vale.

Eiusdem in Erasmi Roterod. poematum

libros carmen.

**I**amiam uos iuuenes lentoſ prorūpite gressus,

Ad latices tardi currите Castalios.

**H**ic resonant placida Musarum carmina uoce,

Hic facilem placidus tangit Apollo lyram.

**H**ic sacra Parnasi monstrantur limina montis,

Hunc habitat semper docta caterua locum.

**P**ropterea lentoſ iamiam prorumpite gressus,

In Copiam rerum ac uerborum.

Ad latices tardi currите Castalios.

**Q**uo nam sit rerum lector studioſe paranda,

Verborumq; tibi copia larga modo:

**A**ureus hic aperit multa breuitate libellus,

*Quem cudas docta Roterodame manus.*

Petro Grappeo.

Rides quod magnus mihi saepe feratur Erasmus,

Quodque sit hic paruo corpore Grappe mo-

In que penè ruens ecclesia nutat Atlantē, (nes.

Hunc ego non magnum dixero iure uirum?

Quintiliano ad Cælum Secundum

proficiscenti, itineriç iam  
accincto.

I felix, medicumq; uola male sanus ad istum,

Curatisq; malis Quintiliane redi.

Rytuo.

Nunc te, quod malus es, noui: talem arguis ipse.

Namq; bonos mordens qui bonus esse potes?

Eidem, in Erasmi effigiem car-  
mina adscribenti.

Ad tantum scintilla iubar nil luminis addit,

Auctior hac gutta nec fit abyssus aquæ.

Cuneato.

Et Venus et Bacchus tibi sunt Cuneate penates:

His alter planè Sardanapalus eris.

Discipulis suis in progressu narra-  
tionis noni libri Punicorum

Sili Italici.

Hactenus ad Cannas pugnatum est uirib. æquis,

Et tulit insultus utraq; turma pares.

Sed

Sed cras ad Pœnos uictoria lœta recumbet,  
Hæc spectatores Silius ista dabit.

### In Rœtum.

Ad sua me quoties inuitat prandia, fudo

Non sibi quis, unquam non bibit ille merum.

### De Bonifacio Amerbachio Iuris-

consultorum príncipe.

Voluit tot ueterū hic quōdā monumēta uirorū,

Vt legum iurisq; arcana recludere posse:

Et solus fertur, qui tam feliciter imos

Eliciat sensus, reserans abscondita rerum.

### Gilbertus Cognatus Basilio Amerbachio.

Ne tua consilijs ætas prudentibus orba

Labatur, uarijs inde uoluta malis:

Ne sit stultitiae uinclo laqueata tenaci,

Ne foueas sterili fata sinistra simu:

Non meus æthereas sermo uanescat in auras,

Sit speculum mentis uita paternatue.

Hec tua confestim subeat præcordia gemma,

Mille pater titulos quos imiteris habet.

Qui scit nodosos legum dissoluere casus,

Qui ualet & sensus conciliare pater.

Qui trutinat iusta legum dictamina lance,

Iustitiamq; carens ambitione, pater.

Qui probitate sua clementer egentibus afflat,

i 3 Pauperiemq;

Pauperiemq; premi non sinit ore pater.  
 Qui uirtute sua tetricos anteire Catones,  
 Atq; Demostheneo qui fluit ore lacu.  
 Qui scit iustitiam nullo uiolabilis auro  
 Ducere, latatur qui probitate pater.  
 Felix quem tanti decorat prudentia patris.  
 A quo turpe putas degenerare iaphas.

Idem Ioanni Gastio.

Lumina ledebant hic paſſim nostra lituræ,  
 Ne ſpectata ſatis uel studioſa legam.  
 Quare ſcripta mihi calamus ſic reddat, ut inde  
 Offendat uifus nulla litura meos.

Ioanni Metello.

Non magis optauit fortem Bryſeis Achillem  
 Viſere, nec Phillis Demophoonta ſuum:  
 Non plus Penelope reditum flagrauit Vlyſſis,  
 Quām tuus ardet te cernere Syngenus hic.

Idem in deum hortoru alatum.

Tale genus uolucru ſi ſcinderet æthera pennis,  
 Retibus obſequium ſemina quæq; daret.

Idem ad utricularium pa-

ſtorem.

Inflatum ſaliunt oues ad utrem,  
 Prata mollia per, ſacrosq; colleis,  
 Illas ēvolenatū λαθεοι mouere.

Idem in canem ḏikouγόυ.

*Est mihi iamq; domus custodia tradita, nostro  
Ut faciam domino noctibus excubias.*

**Idem in Roëtum.**

*Offa Roëtum nunc misere uentosa titillant,  
Hanc cōtra scabiē quid dabis Hippocrates?  
Bellotæ braccham contundito puluis oleti  
Additor: ebibat hoc, illico sanus erit.*

**EPITAPHIVM D. NICOLAI PB  
renotti à Granuilla, per eundē**

**Gilbertum Cognatum.**

*Quisquis in hac oculos Perenotti busta refle-  
- Dicito, ut æterna pace fruatur: Amen. (ctis,  
Idem ad Paulum Michoderium,  
Dicere sēpe soles quare tibi reddar acerbus,  
Vita facit placidum me studiosa ducem.*

**Idem ad eundem.**

*Qui teris assueto præclarum manè soporem,  
Criminibus mentem commaculare studes:  
Hanc nisi sordidulum frangat uigilantia morē,  
Afferat multociens uerbera Paule feres.*

**Idem in obitum Laurentij Pri-  
uæ Lingonici.**

*Quim leue sit lubrico stabiles infigere sedes,  
Priueus exemplo est, quem lapis iste tegit.  
Per celebris studio legali, Palladis arte  
Conspicuus, Phœbi doctus alumnus erat.*

Se placidū & mite cunctis præbebat amandū,  
 Atq; quod est rarum, nulli odiosus erat.  
 Ecce tamen titulis fultam mediocribus æuo  
 Floresco, rapax mors inopinatulit.  
 Primores, medij, lachrymas sudere tenelli,  
 Et superis querula uoce dedere preces.

Idem Io. Metello.

Salve noster amor, salve studiose Ioannes,  
 Salve præcipuos inter habende uiros.  
 Quam tua mellifluis scripsit facundia uerbis,  
 Concidit in nostras charta polita manus.  
 Illa tuum erga nos magnum testatur amorem,  
 Quem ratus ipse fui deperisse prius.  
 Innumeras nostris retuli Metelle salutes,  
 Quos memorat digiis littera scripta tuis.  
 Atq; tuos, fausto uiuant ut sidere, patres  
 Ipse salutauit dulcis amice. Vale.

Idem in C. Cu.

Optima mellifluo scripsisti carmina sensu:  
 Debole, si tecum pensaret alter, opus.

Idem in eundem.

Quem nimius laticis dudum tentauerat haustus,  
 Ille tuo certum est, Bacche, liquore ualet.

Idem Damiano à Goes, equiti  
 Lusitano.

Quod cupis ut paucis referā uerbis tibi, qualis  
 Sors

Sors mea sit, binis accipe carminibus.  
Nitor ego studij placidos decerpere flores,

Hic ubi Phœbœo claustra liquore nitent.

**Idem Ioanni Dehenauldo.**

Cum renuis animi placidos decerpere flores,  
Laxa nimis capiti pendet habena tuo.

Hæc ætas alios debet producere mores:

Namq; tuos claudunt iam tria lustra dies.

In uarios uirtutis amor te concitet actus,

Illa nequit requiem molliciem' ue pati.

**Gilbertus Cognatus Petro à  
Castello.**

Quot me uerficulos heri rogasti,  
Tot mitto tibi nunc amice Petre.

**Petrus à Castello, Gilberto  
Cognato.**

Quod donū dederis, memor hinc discedo repen-

Quod discessurus sim, tibi dico uale. (te:

Iodocus Sasboutus Cœfari à confi-  
lījs, de Indicibus Gilberti Cognati

Nozereni, in omnia opera Def.

**Erasmi Roterod.**

Quæ uarijs paßim libris conscripsit Erasmus,

Indice Cognatus singula nota facit.

Hunc lege tu Latij pubes studiosa leporis.

Nempe laboris erit pars bene grata tui.

Io. Surrinus undecimq; doctiss.

D. Gilberto Cognato.

*Si quando ueterum uoluo monumenta uiroru,  
Oblimat subit stirpis origo tu.e.*

*Primaq; demiror generis cunabula tanti,  
Hactenus innumeris amplificata uiris.*

*Cognomen natuua tibi cognatio præstat,  
Idq; tibi iusta cum ratione datum.*

*Namq; sepultorum generatio multa parentum,  
Fœcundo terris sanguine sparsa uiget.*

*Cognata atq; tibi de stirpe feruntur adesse,  
Quos latè fusos plurimus orbis habet.*

*Sequaniæq; tuo florent cognomine fines,  
Cognatosq; fouet Gallia leta tuos.*

*Eois atq; Hesperijs uersantur in oris,  
Et quantu hæc mundi forma rotunda patet.*

*Inde nouenarum cognatio certa sororum,  
Floret in excultis ædibus alma tuis.*

*Cognatisq; sacer cunctis arridet Apollo,  
Totus & Aonidum cœlicolumq; chorus.*

*Grataq; Palladij totius turba theatri,  
Tres Charites, Pitho, Mercuriusq; pater.*

*Nec numerare licet cunctos tibi sanguine iunctos,  
Quos fouet ætherei mīnor aura poli.*

*Ergo fac ut uestro Cognate ascribar in albo,  
Ut tam multorum letus amore fruar.*

Natalis

139

Natalis Hugo n<sup>o</sup> Green. D. Gilber-  
to Cog. præceptor i suo.

Lyra salutandus fueras Linii,

Aut Thracis Orphei conuenientius,

Aut uoce diuina & suaui

Vnica Pieridum uoluptas.

Tibi tamen gratissima forsitan

Permixta tot tantisq; suauis,

Musarum erit gustati aceti

Guttula, rusticitasq; nostræ.

Vatum duci cum primitias mei

Supplex referrem carminis hic rudi,

Arrisit & duro sono, atq;

Carmina grata Deo fuere.

Iam numini persoluimus, ac tibi

Hymnus secundus debuit occini.

Nam tu mihi es primus secundum

Numina commemoran dus odis.

Tu cæteros inter prior es mihi,

Seu te Poetis omnibus: excipi

Ne fese Achillis præco credat

Atticus, Italicus ueuates:

Seu te Sophis ac Rhetoribus uelim

Conferre: tu donis prior es mihi

Tuis, & eruditione,

Quam tua contribuit mihi uox.

O si licet iam uitress aquas

Gustare

Gustare fontis, quem dedit ungula  
 Alati equi, o mi bijugo si  
 Monte quiescere nunc liceret:  
**Q**uo nam tuas laudes canerem pede,  
 Aut te canendi quem facerem modum?  
 Res digna quam uel Pindarus, uel  
 Suscipiat Venusinus autor.  
**A**t uena diue, s dulcis & eloquens  
 Adhuc Tyroni deficit, & rei  
 Tantæ mihi haudquaquam datus par  
 Est animi uigor & facultas.  
**T**u uero quem nymphæ faciles amant,  
 Tuo fauore ut sit licitum sacriss  
 (Voti ut queam compos mei esse)  
 Tingere nos facias in undis.

### Laurentius Priuæus Gilberto Cognato.

Priu ea si dederis Cognato Musa salutem,  
 Nil facies, quamuis fama benigna iubet.  
 Ex uno numeris laudanda resultat origo,  
 Carmine de minimo surget amicitia,  
 Ergo Pieridum famosa potentia salve,  
 Suscipias modulis cordaq; postpositis.  
 Forte tuus redeat oris si nuncius istis,  
 Occurrat priuus quæso benigne tuus.  
 Scripseris indigno scribentis epistola digni,  
 Diminuet nomen nec tamen ipsa tuum.

Dulcis

Dulcis Apollo uale, ualeat domus illa Mine  
 Illa domus ualeat, dulcis Apollo uale. (ue:  
**Georgius Guiotus Noz. Gil-**  
**berto Cognato.**

O' Gilberte nitor, decusq; sumimum  
 Sacræ Palladis, ipsiusq; Phœbi,  
 Doctrinæ columen politioris,  
 Te saluum cupid & precatur alta  
 Dura ut mente deos pericula inter  
 Stes immobilis unus inter omnes:  
 Qui te diligit intimis medullis,  
 Inuitoq; tibi lubens amorem  
 Obtrudit, cupideq; amiculorum  
 Ascribi in numérum cupid tuorum.  
 Haud abs te is siquidem eloquente lingua,  
 Mensis lumine, comitate uultus,  
 Et puro capitur nitore morum,  
 Quod nec melliflui decorus arcas  
 Princeps eloquij satis, nec unquam  
 Quisquam efferre queat licet beatum  
 Felix hauserit ungula liquorem.  
 Hinc te unum colit, uriturq; tanti  
 Fama nominis, & celebriorem  
 Docti pectoris eruditionem  
 Miratur. Quid enim est sub axe maius,  
 Quām se perplacidum exhibere cunctis?  
 Me certè tibi summus iste candor,

Ac Encyclia liberaliorum  
 Totum pelliciunt scientiarum.  
 Oris certè tui sagax uenustas,  
 Quo linguae iubar attice quiescit.  
 Cum clementia rara, tum serenæ  
 Frontis, uendicat obsequi paratum  
 Ceu me Caucaseum, feroxq; Pindi  
 Vis lustrare gelu, Getasq; duros.  
 Non sane renuam graues amoris  
 Tanti nomine perpeti labores,  
 Te supplex precor obuijs (quod aiunt)  
 Vlnis me excipe, literasq; nostras.

Guilhelmi Vermondi, in descri-  
 ptionem Burgundiae, ad  
 lectorem.

Eximios opibus, gemmis, belloq; potentes  
 Burgundos Cognati iste libellus habet.  
 Continet iste liber g̃tis monumenta per ampli,  
 Burgundæq; canit fertia bella ducum.  
 Nomina per magnos quæsivit quanta labores,  
 Quas meruit laudes, encomiumq; refert.  
 Ante alias quantum felix Burgundica gentes  
 Viribus emicuit corporis ac animi.  
 Quos habuit reges, agnouit quasq; uirorum  
 Fasces, queis paruit, quæ sibi paruerint.  
 Quo duce retulerit uictoria præmia quondam,  
 Viribus omnigenis maxima bella gerens.  
Quando

**Quāta trophēa suis retulit uel præmia gestis,  
Sidera nunc quorum gloria celsa ferit.**

**Quas sedesq; locos, quos fines, deniq; campos  
Incolat armipotens regia, tota ferox.**

**Quasq; domos habeat celebres, urbesq; poten-  
Arteq; natura, continet iste liber.** (tes,

**Nomine uel tandem debeant quo quæq; uocari,  
Gilberti proprio pagina docta dabit.** (des

**Flumina quas rupes, quos fontes, quasq; palu-,  
Quas habeat sylvas, glandiferumq; nemus.**

**Quām sit amica Ceres, quām maxima copia fru-  
Burgundæ genti copia quanta meri.** (gū,

**Ante Paradinum Gilberti nominis ampli  
Singula Cognati continet iste liber.**

**Quod referas lector tanto pro munere, nil est.  
Illi ni cupias tempora longa: Vale.**

### Aliud ad eundem.

**En Burgūdiacæ laudes latuere sub umbris, (tur**

**Quas modò ut in speculo cernere cuiq; da-  
Hoc opus, hoc speculū Gilberti dextra peregit  
Cognati, quo nihil clarius esse potest.**

**Hunc lapidem moueras magna uirtute, uel arte,  
Gilberto at cedas nunc Paradine decet.**

### Aliud ad eundem.

**Qui cupis ingentes Burgorum noscere laudes,  
En tibi Gilberti uolue reuolute librum.**

IN BVRGVNDIAE SVPERIORIS  
descriptionē, per Gilbertum Co-  
gnatum Noz. lo. Bertr. Carmen.

Io Burgundi lētos expromite uultus:  
Nā modo uos celebrat, nomenq; ad sidera tollit  
Cognatus uestrum, quo non facundior alter,  
Quo mage mundi oculus doctū nō aspicit usquā  
Dum Lenis Oceanas properat casurus in undas.  
Afferet hunc talem, qui cunq; uolumina cernet,  
Eloquio qualis fuerat Memphiticus Hermes.  
Vsqueadē propriè (ne dicam singula) sacri  
Ostendit paßim corrupta uocabula iuris.  
Burgundos doctus ueteres scripsit Paradinus,  
Moribus antiquis priscos coniunxit & ortus.  
Est opus eximū fateor, quis enim neget: est hoc  
Aequius accipiet lector: Burgundica cernens  
Oppida, cum pagis, lateq; uarentibus aruis,  
Ritus & mores, quos nunc Burgundia seruat.  
Girardi Versellani Burgundi car-  
men, super iucundo in urbem Lute-  
tiam introitu Caroli v. Cæsa-  
ris semper Augusti.

Estis io superi: quis numina uestra negarit?  
Concinimusq; pijs uocibus, estis io.  
Siderea uestrum sentimus ab arce fauorem,  
Quem cumulant nutu fata benigna suo.  
Cælitibus

Cœlitibus gratare, tibiq; Lutetia gaude:  
 En tibi nam Cæsar Carolus hospes adest.  
 Carole Cæsar aue, sexcentaq; secula salue:  
 Semper & augusta te Deus auctet ope.  
 Tu pius & felix Francas iniiseris urbes,  
 Grata sit & Franci principis aula tibi.  
 Vel ioue digna subi ueterum cunabula regum,  
 Est ubi nobilitas gentis auita tue.  
 En reserata uides Franci penetralia cordis,  
 Perspicis abstrusi quicquid & intus habet.  
 Terrigenæ ô diui mortalia numina reges,  
 Quem mare, quem tellus, quem caput omne  
 Hosptijs & uos ultro certate, citroq;, subest:  
 Obside perdurent scedula sancta fide.  
 Pax decus est rerum, simul & tutela, salusq;;  
 Et partas eadem seruat & auget opes.  
 Pace uigent artes, & obit sua munia uirtus:  
 Frugiferamq; colit miles intermis humum.  
 Pernicies rerum Mauors, & tristis Enyo,  
 Nec quicquam totid peius in orbe nocet.  
 Omne bonum pax est, pacis sunt omnia munus,  
 Qua sine mortalis fit propè uita nihil.  
 Rerum itaq; ô domini uobiscum pace fruamur,  
 Sit cœlum & uestri terminus imperij.  
 Eiusdem distichon.  
 Alituum ut princeps Aquila est, sic altera Gallo  
 Gloria: uos aliæ nil nisi uulgas aues.

Leonardus Puteanus Gilberto  
Cognato Noz.

Scimus amicorum tibi sunt quodd millia quinq;  
Quos sincera pari iungit amore fides:  
Seu te durus Iber, seu te Germanicus audet  
Fæderis affectu sollicitare pio.  
Siue Calydonio longè semotus ab orbe,  
Tam sanctæ causas ambit amicitiae.  
Omnibus unus ades, et te proponis amandū,  
Nec refugis chari uincula Perithoi.  
Thesea qui præstat, largo tibi cedat amore:  
Tantus in eximio pectore candor inest.  
Hac ratione potes nunquam non esse beatus,  
Quando noua semper crescis amicitia.  
Quod si forte uacat locus ô Gilberte, rogamus  
Teq; tuosq; omnes, iustitiamq; tuam,  
Vnum me esse putas illorum iure sacratum,  
Quos nullis uersat sors male tuta rotis,  
Hoc mihi sit uixisse satis, nil fata moramur:  
Immortalis ero, si tibi charus ero.

Stephani Tomondi Nocerethen-  
sis Decani in Chorographi-  
am hanc, Hexastichon.

Quicquid habet felix Burgudia nostra locoru,  
Gilbertus scriptis exhibet hisce suis,  
Laudibus hunc tibi conarer depingere dignis,

Ni clarus doctis esset in orbe libris:  
 Quos calamo dudum depinxit sic eleganti;  
 Nozereth ut nostri rite uocetur honor.

**Claudius Frontinus Riparien. Hu-  
goni Babeto Hippolytano.**

Multa tibi debet Burgundia nostra Babete,  
 Et dignas grates soluere perpetuo:  
 Quod doctus cum sis, non cessas recta docere  
 Cum Græcis miscens uerba Latina tuis.  
 Plura tibi multo, quod iā tua scripta mouerunt  
 Et mentem Gilberti ingeniumq; pium.  
 Qui non solum urbem laudauit Nozerethanā,  
 Quam colit, & quæ fit nomine clara suo:  
 Verumetā mōtes, castra, oppida, flumina, tēpla  
 Pinxit, ut hinc regio cognita nostra foret.  
 Haec tenus à nullo uisa est Burgundia tellus  
 Tota, uelut nunc est scripta legenda tibi.  
 Iam sua præclarum efficiunt monumēta labore  
 Doctorum in manibus sæpe relecta pijs:  
 Clarius at multo fulgebit totus in orbe  
 Gilbertus, lecto quod benè pinxit opus.  
 Pectore perdocto is hausit prudentis Erasmi,  
 Dicere quæ deceant, quæ ue silenda forent.  
 Idem ad Ripariam patriam suam,  
 Gilberto referas grates dulcissima, qui te  
 Cum nostris cunctis urbis ennumerat.

**A**tiq; tuum nomen sic tradit posteritati,  
Vt fiat notum tempus in omne magis.

**D**ionysius Perrenodus Syroden.  
gymnasiarcha Nozerenus.

**N**unc nihil effertur, Comico testante poeta,  
Protulerit quod non iam quis in orbe prius.  
Hactenus alta tamen nullis Burgundia scriptis,  
Parte uel ex minima delineata fuit.

**S**it licet illa ferax, florens, uberrima, nec non  
Digna sub æterna posteritate coli.

**Q**quam qui non adiſt, longè semotus ab illa,  
Dignetur chartas hasce uidere uigil:

**Q**uas modò Gilbertus struxit Cognatus, et hau  
Ipsius è sacris fontibus ingenij. sit

**Q**uasq; scio uerè Burgundis usq; futurum  
Gratū opus: ut cunctis optima quæq; placet.

**I**dem.

**S**i merces numeratur ampla ualde,

**I**llis qui meditantur impudica,

**Q**ui nugas pariunt, feces malorum,

**Q**ui mendacia somniant, feruntq;:

**Q**uæ laus, uel quod erit decus, futuris

**C**ognato patriæ patri diebus,

**Q**ui prodeſſe studens uiris quibusq;

**N**ugas non equidem leues, sed ultro

**N**obis compositu uolumen iſtud,

**I**n quo laudibus eleuatur alta

Iam Burgundia (proh pudor) prioris  
 Aeu quād decorare nemo dignē  
 Sciuit, nec potuit, sacris Camoenis,  
 Sit licet hæc regio superba, diues,  
 Armis, consilio, mero, fideq;

Franciscus Turnerus Noz.

Quanta sit, et qualis cupiat, Burgundia, si quis  
 Scire, legat magnæ hoc fertilitatis opus:  
 Quod modò Cognatus doctor celeberrimus o-  
 Munere uirtutum, fecit & expolijt. (nni,

D. GILBERTO COGNATO

Hugo Babetus S. D.

Ne uidear ignorare quod etymon fides  
 habeat, ecce tibi quod eram pollicitus. Ru-  
 sticum carmen mitto de morte nobilissimi  
 pueri Guilhelmi à Balma Perani, discipuli  
 tui nihil ueritus, ne nostra rusticitate offen-  
 das. Non dubito, te in meis scriptis nihil  
 reperturum, præter meros carbonum the-  
 sauros. Quicquid tamē hic mei laboris est,  
 tibi amico desudatum est. Ex me salutē nun-  
 ciabis C. Frontino. Vale.

Interloquutores sunt Vaelus  
 & Sygenus.

DAPHNIS.

Syngene, cur mœstas dudum iactare querelas  
 Visus es, ex imo ducens suspiria corde?

k 3 Incedis

Incedis tristis, frons est obducta, madescunt  
Sæpe gene lachrymis, luctu tabescis amaro.

Syng. Maior quam uellem, fletus occasio cogit  
Pectore conceptos tandem de promere luctus.

Vau. Quū tua iam dudū nos omnia facta notamus,  
Quām fueras, alius tu nobis esse uideris.  
Quæ placuere prius, dicas sordere, cicutas  
Desinis argutas cœra uincire tenaci,  
Nulla tibi iuncto molli fiscella paratur:  
Deseris aucupium, uenatio tota relicta est,  
Occidit et studium faciendi carminis: ipse  
Sis licet in flandis multum celebratus auenis,  
Non assueta tuo dependet fistula collo,  
Quæ nostros montes cantu mulcere solebat;  
Ad cuius numeros notis pascebat in herbis  
Grex tuus, auditu modulamine lætior ibat,  
Quām lubens audit uicinia nostra sonantem.  
Quid gemis, et magnū præfers de corde dolorē?  
Aethera quid' ue tuis latū singultibus implese?  
Horrida grādo tuis segetes prostravit in aruis?  
An pecus affectum medio languescit ouili?

Syng. Causa Vauele mihi tristandi iustior unquā  
Nulla suit, pecudes ex quo nos pascimus istas:  
Quia sine sat felix pastor, grex parvus, at ille  
Pinguis, et is potuit multras implere capaces,  
Affuit hinc butyri semper non parua recentis  
Copia, quod manibus puris Galates premebat:

Atq; serum pueris, quum factus caseus esset:  
Et lance molles texendis uestibus aptæ.

Quid tibi uis dicam? nil quod pastoris ad usus  
Spectaret, deerat nobis. armenta ualebant,  
In nostrisq; agris errabant gramine plenis.

Ast infensa Pales ( propter quid, nescio certe)  
Fortunam nostram c:isu mutauit acerbo,

Quem nunquam potero dictis æquare: recusat  
Saucia mens etiam tanti meminisse doloris.

Quid dea nostra, tuis fecit contraria uotis? Vau.

Vnius ob mortem, totum turbauit ouile. Syng.

Defunctum quendam deploras ergo tuorū? Vau.

Verū, sed cuius damnum irreparabile mors est, Syng.

Præsertim nobis, quamuis puer esset, opellam

Sedulus assiduo prestat: tenta canistris

Vimina iam relegens, iā nudans cortice uirgas,

Quis bene cōpositos muniret Thesylis hortos

Vel fierent auibus caueæ, quas ipse sciebat

Texere, sed scita quam demiraberis arte.

Nonnunquam calathū gestabat, quando uolebā

Carpere de arboribus mala, aut de uite racemos.

Adde quod his uerbis nos affabatur amicis,

Quum facerem corbes, aut helcia rupta ligare,

Et propè nos esset: latus iam uiue magister,

Quādo senex ( inquit ) nō quibis ferre labore

Pascendi gregis, ex requiem deposcet amatane

Inclinata ætas, proprijs te rebus alemus:

Vestimenta dabo, perones bardocucullum,  
 Et calamos senij solamina grata futuri:  
 Nec patiar cœlo pluvio te rure morari,  
 Quin eris ante focū primus, quū frigida segnes  
 Bruma domi coget nostros residere bubulcos.  
 Viueret ô utinam, nec mortis claustra subisset  
 Ante suum tempus, fato consumptus iniquo.

**Vau.** Sat docuit magnus te quondam Tityrus ille,  
 Quem Pataua norunt omnes regione profectū,  
 Tristibus in rebus mentem seruare uirilem,  
 Atq; modum fortuna custodire secunda.

**Syng.** Vera quidem dicis: nā messes ordine multas  
 In caulis eius potui numerare minister.  
 Quū pastor rapidas Rheni cantaret ad undas,  
 Et longē dulci resonaret fistula cantu:  
 Nymphæ mirantes hunc audiuerre frequenter,  
 Et caput ad modulos non raro sustulit amnis.  
 Seruat adhuc cortex ulmorum falce notatus,  
 Carmina sacratam mundo testantia mentem.  
 H.ec memori teneo iampridem condita mente:  
 Nec tamen affectus sœuos cohibere ualemus,  
 Vsque adeò casus præsentis mole grauamus.

**Vau.** Verūm age dic nobis, cuius nā funera deflēs?

**Syng.** Nō possum oculis memorare, quòd hœdi  
 Quòd capræ, teneri q; greges cum matrib. agni,  
 Quodq; boues plorant, quòd luget Thestylis,  
 Tota domus, cuius uel mentio sola subinde catq;

Os lachrymis implet, linguae impediētib. usunt,  
 Sed tamē iste precor, q̄ sit da Syngene nobis. Vau.  
 Extinctum doleo crudeli uulnere Daphnī. Syng.  
 Eheu Daphni puer, te mors uiolenta peremis,  
 Quanquā dignus eras coruos superare senecta,  
 Viuacis cerui uel longam uiuere uitam.  
 Alter ab undecimo nōdum tibi coeparat annus,  
 Mortuus ecce tamen clausa putrescis in urna.

Interiit Daphnis? Balma qui uenerat isthuc, Vau.  
 Arte tua iuuenis formandus, quo bonus olim  
 Pastor oues ageret, per mollia pabula foetasse  
 Daphni iaces, formose puer, qui gloria ruris  
 Magna futurus eras: non te uicisset Alexis  
 Dotibus ingenij, nec forma corporis unquam.  
 Ut rosa uernabas, rubro perfuso colore,  
 Aut ut cæruleis perlucens intyba mane  
 Floribus æstiuo. sic tu splendore micabas  
 Ante tuos omnes, membris facieq; decorus.  
 Pandito, sed nobis quo pacto Daphnis obiuit?

Accipies paucis, quoniam uis scire, uacatq; Syng.  
 Et pecus in gelida collectum ruminat umbra.  
 Pascua dum muto, fugiens contagia morbi,  
 Vicini pecoris, mecum ueniebat: eundo  
 Fortè cadit, frons est paruo sed uulnere læsa.  
 Difflit inde crux: quo uiso pallidus adsum,  
 Linteolo faciem squalentem tergimus albo.  
 Protinus è uillis multi accurrere propinquis

Pastores, simulac uulgasset fama tenellum  
 Aegrotare meum Daphnium: festinat anhelans  
 Thesylis in primis, modicas quæ detulit herbas:  
 Fasciolas etiam plagæ Galatea paravit.  
 Apposuere manum: sed nil fatalia contra  
 Vulnera proficiunt, hominū medicamina cassa.  
 Mortuus est Daphnis, magno mœrore relicto,  
 Atq; sui desiderio, cui nulla dierum  
 Interualla queunt quavis ratione mederi.

**Vall.** Natū hominē morti subiectū dixit Amyntas,  
 Quæ tollit cunctos nullo discrimine facto,  
 De medio, quū uult: hinc cœmiteria cernis (mur?  
 Plena senum et iuuenu: sed uis tibi uera loqua-  
 Daphnide cū nostro præclarè credimus actū:  
 Nunc quia decessit, quo tēpore quēq; b onorum  
 Viuere iam tēdet: liquit fastidia uitæ  
 Huius, quem scimus uita meliore potiri.  
 Sol petit occasum, pecudes cogamus, eundū est.

#### GENEALOGIA COMITVM de Nassou.

**A**Dolphus Comes de Nassou uicesimus, ex  
 uxore Imagina, Comitis Limpurgi filia,  
 Othonē Comitem de Nassou, præter alios suscep-  
 lit liberos, qui anno M. C. C. XCI. electus Roma-  
 norum imperator, pro tuendo imperio strenue  
 pugnans prope Spiram, anno regni sui VIII. oc-  
 cuuit, ibiq; maiori in templo est sepultus.

Otho

Otho Comes de Nassou, uxorem habens  
dominā Agnetā de Holoe, uarijs tum animi tum  
corporis dotibus exornatus, ac nō paruis presi-  
dijis instructus ad bellū, si uoluisset. Attamē omne  
studiū, omnes uires ad pacē patriæ præferebat:  
prudēter perspiciebat, nihil esse perniciosius, quām  
Christianos populos in mutuum exitium ruere.

Henricus Comes de Nassou, Aleydem de  
Astemfolins habens coniugem, præter cæteras  
quib. abūdabat uirtutes, in re quoq; militari nō  
infimam nactus est gloriam, sed strenuum, sed  
uigilantē et integrū se semper præbuit Ducem:  
que res sanè et ciuibus et subditis uniuersis plus  
rimum peperit admirationis pariter, et amoris.

Otho Comes de Nassou, bellicæ rei exper-  
tiſſimus, egregia et memoratu digna in uita per  
agēs facinora, uxorē habuit Eleydā, Comitis de  
Vianna unicā filiā. Hæc orba uiro, cœlibatū am-  
plexa, opera pietatis passim exercebat. Corpus  
habet tellus in Vuettzlar, apud Franciscanos.

Ioannes Comes de Nassou et Dilemburg, ex  
uxore Comitissa de Marcha, Adulphū et Angil-  
bertū Comites gignēs, interea de Marcha iuris  
nō nihil prætendebat, quo uiuus usus est nunquā.  
Is tandem adiutus præsidij Ioannis Comitis de Cle-  
uis, pro iure decē et octo millia aureorum acce-  
pit. Melior est certa pax, q; insperata uictoria.

*Angilber-*

Angilbertus Comes de Nassou, uxorem ha-  
bens dominam de Derlez & Breda, Ioannem  
genuit, & Henricum. Hic uxores habuit duas:  
primam, Comitissam de Bernauber: secundam,  
filiam domini de Sleyden, qua cum dominium de  
Sleyden acceperat. Verum ea mortua sine sobo-  
le, cessit dominium alijs.

Ioannes Comes de Nassou, ex Maria uxore,  
comitis de Loen filia. inter ceteros liberos, An-  
gilbertum etiam habuit, hominem animosum, et  
virtute singulari praeditum: cui postea uxor co-  
tigit Marchionisa de Bade. Fuit homo beni-  
gnus multisq; egregijs factis conspicuus, sepul-  
tus in Breda, apud maioreis.

Ioannes Comes de Nassou, uxorem habuit  
Elysabet, Lantgrauij & comitissæ de Catzenelbo  
ghe filiam: ex qua, inter suscepas proles Henri-  
cum & Guillermum sustulit. homo uerè Chri-  
stianus, & ad amplissimam natus fortunam, rei-  
publicæ magis quam proprijs studens commo-  
dis. Obiit anno M.D.XVI. sepultus in Siegen.

### Appendix per Gilbertum Co- gnatum Noz.

**H**ENRICVS NASSOVIVS vienne  
comes, à Claudia uxore, Ioannis à Chalon  
Aurengiorum principis filia, & Philiberti soro-  
re, Renatum unicum filium suscepit. Cui ob egre-  
giis

gias uirtutes, & res domi militiaeque prudenter  
 & feliciter gestas, Maximilianus & Carolus,  
 optimi & inuictissimi Cæsares, Holandiæ præfe-  
 cturam delegarunt. Is ad superos migrauit an-  
 no Christiano M. D. XXXIX. cuius corpus se-  
 pultum est in Bredano templo, ubi sumptuosissi-  
 mum monumentum Renatus extruxit.

**R E N A T U S N A S S O V I V S** Vien-  
 næ Comes, omnib. optimi principis dotibus præ-  
 ditus, Philiberto à Chalon Aurengiæ principi è  
 uiuis absq; prole sublato, ipsum representans in  
 hereditate succedit: qui ob singularem belli pe-  
 ritiam, aliasq; multas tum corporis, tum animi  
 dotes, Carolo V. Rom. imperatori semp er Au-  
 gusto fuit charissimus, adeò ut toti frè inferio-  
 ri Germaniæ eum præfecerit. Duxit in uxorem  
**Annam Antonij Lothoringiæ Calabrorum &**  
**Barri Ducis filiam, & nō minus fortiter quam**  
 feliciter, non solū in Gelria & Iuliaco, uerum-  
 etiā in Gallia, bella quam plurima memoratūq;  
 digna gessit. Anno autem etatis suæ 32. Christia-  
 no uero 1544. 14. Iulij, in S. Desiderij obsidio-  
 ne pila bombardæ ictus interiit. illincq; corpus  
 eius Bredam asportatum, sepulturæ traditū est.

Dulcissimus noster Princeps, et si fato ad mo-  
 mentū occubuerit, uiuit tamen, uiuit in cœlis, &  
 eterna Dei uisione beatus: uiuetq; apud poste-  
 ros.

ros, rerum gestarum gloria. Siquidem præclarissimarum uirtutum memoria, nullo unquam tempore intermoritura celebrabitur.

Renato sine prole defuncto, institutus hæres fuit Guilielmus, Guiliermi Comitis Catzenellenbogen, Viennæ, Luxenburgensis, Dietz, &c. & Nassou filius, Princeps Aurègiae, Comes de Nassou, uicecomes Antuerpiensis, et Vesontionis Baro, et dominus Nozerethi, Arleti, Bredæ, etc. apud Belgas haec tenus liberaliter sub Carolo in imperio hoc nomine V. educatus: annos nunc P.M. 25. natus, statura est procera, forma cōfficius, fortis uirib. etiā militaris rei peritiſimus: adi tu facilis, ac in primis summus populi sui amator. quibus regijs dotibus omnes in sui amore pel lexit, Princeps ad summā uirtutem expectatus.

Is in comitatu Burgundia, preter alia multa, habet oppidū insigne, amoenū, salubre, et grā tum, dictū Nozereth: Aurengiae principum memoria & munitissima arcē, tū ornatisſimis ante omnia & mundis ædibus celebre, sitū in mōticū lo uallis Migiārū, haud procul à Salinis: agrū habens cū primis uberrimū, à quo tantū unius teli tactu abest haud obscuri Dani fluminis fons. Est etiā paulo supra mons Iura, & Dubidis fluminis fons, quorū in Cæsarīs Cōmentarijs crebra fit mentio. Habet præterea hoc oppidū, præter erudi-

eruditio*n*e uiros clariss. & multos, turre*s*, suburbia, uicos, pagos amplissimos, qui neq; cultu & ædificijs quibusuis oppidis cedant, supra sex & triginta. Huius Guilielmi uita et gesta peculiari libello à me memoriae tradūtur. Rogādus Dominus, ut hic illustrissimus ac prudētissimus princeps, & ad res bene gerendas aptus ac felix, tū bellicosus, et constans nō modò prospera, sed constanti, perpetua, et bona ualeutudine fruatur, quo amplissimis suis ditionibus diutissimè p̄cesset, ac Christianæ reipublicæ prodeſſe queat: Amē.

GENETHLIA CON FILIAE D.D.  
Renati Principis Orangie, & Comitis à  
Nassou, ex Anna Ducis Lotharingiae  
filia, uxore chariss, per Iaco-  
bum Iasparum, &c.

V Er erat, et mēsis Mauortis ad arma vocabat  
Inde, sequens lusus ad Cytheræ tuos.  
Castrorum petiturus Gheldrensis Orangius heros,  
Gheldorfica Burgundis gens inimica viris.  
Sæpe uale uxori dixit, dedit oscula sæpe:  
Nūc mouit Mauors, nūc quoq; mouit amor,  
A capite ad calcem nūc arma indutus adornat  
Discessum, uisa coniuge mox reiicit.  
Proponit coniunx horrenda pericla cruentia  
Martis, ad hæc patrios suadet amare lares.  
Semper q̄bire iubet suscep̄tum à Cæsare munus,  
Cæsaris

Cæsar is et literæ semper abire iubent. (ma  
 Cornetiusq; monet, monet Heynspergensia tur-  
     Pressa fame, et Gheldro milite clausa diu.  
 Tādē abit, ac miseris uictū Heynspergēsibus ad  
     Strennuus et Gheldros, Iuliacosq; fugat. (fert,  
 Annoniam Gallis populantibus ocyus illum  
     Regina Annonijs subsidio esse iubet.  
 Perq; suam Bredam faciens uxoris amatae  
     Causa iter, hic somno lassula membra dedit.  
 Accidit id Maio: paucis post illa diebus  
     Contemptrix soliti languida facta cibi.  
 Continui uomitus, cunctarum nausea rerum,  
     Sputaq; succedunt, improba citta premit.  
 Morbi causa latens, uteri manifesta tumore est,  
     Conuerso luctu in gaudia magna graui.  
 Languit ad multos uterino pondere pressa  
     Herois menseis, luxit ob arma uiri.  
 Nunc læta herois Lotharingia, Orangius heros  
     Lætus: nam lepidæ prolis uterq; parens.  
 Illa salutatur mater, pater iste uicißim:  
     Auribus insolitum et nomen utriq; nouum.  
 Seminis accepti Maio primordia iacta,  
     Aeditus at fœtus Februe mense tuo.  
 Nata refert soboles ( si nescis ) corpore matræ,  
     Proxima quæ dabitur, par erit illa patri.  
 Pro sobole elingui, Christo nomenq; datur  
     Regina ad fontem, datq; capitq; fidem.

Clare

Clare pater, clara gignens ex coniuge claram  
 Prolem, ut cœpisti, sic bene semper eas.  
 Contingit tales haud cuilibet edere natos,  
 Dum caleat sanguis, multiplicato genus.  
 Corporis inuitant uires, inuitat & ætas,  
 Sanguinis integritas Cypria ad arma uocat.  
 Nassaujo proles fuit unica, te patre multis  
 Nunc locuples fiat Nassauiana domus.  
 Gaudet abundanti & numero palmitæ uitæ.  
 Multæ uxor prolis gaudeat esse parens.  
 At tu, quæ grauiter menses cruciata nouenos;  
 Pelle metum, pulso facta dolore parens.  
 Stamina, quæ partu primo es sata, longa sororū  
 Opto, colos longos, filaque longa tibi.  
 Magnaq; magnorum superato uota parentum,  
 Proxima reginæ constituenda loco.  
 Maiorum titulis clarissima lumina mundi  
 Ambo, pater princeps, dux genitrixq; tibi.  
 Nassauius tibi auis, Carlo acceptissimus heros  
 Olim, Dux aviae frater Orangiacus.  
 Germanus matris Lotharingius, arbiter ille  
 Gallum inter magnū & Cæsara pacificus.

## I EPITA-

**EPI TAPHIV M FILIOLAE IL-**  
**Iustrissimi principis & D.D. Renati Princi-**  
**pis Orangiae: & Comitis à Nassau: ex Anna**  
**filia ducis Lotharingiae, coniuge charissi-**  
**ma, per eundem Iacobum Danum**  
**Arrhusensem, literis nume-**  
**ralibus cōscriptum.**

**R**eferat ex clauistro uix matris Orangie princeps  
 Nata tibi, angelico iuncta repente gregi est.

**A D ILLVSTRISSIMVM PRIN-**  
**cipem Orangiae super morte filiae primo,**  
**genitae Consolatoria, Iacobi Iaspri**  
**Dani Arrhusiensis.**

**Q**uis in his terris uitali uescitur aura,  
 Migrabit, quoties iusserit ipse Deus.  
 Alea uiuendi, & moriendi publica cunctis  
 Est stata: perpetuum uiuere nemo potest.  
 Ordine naturae morimur, ceu nascimur omnes:  
 Sic uitae mors, ut corporis umbra comes.  
 Esto alba nobis gallinae filius, alti  
 Sed cœli domino est omnibus æquus amor.  
 Non tua solius soboles hoc lumine cassa est,  
 Mixta senum ac iuuenum funera densa uides.  
 Respice uicinos, cognatos respice, matres  
 Respice, natorum ut tristia fata ferant.  
 Marmora franguntur, mansuecunt arte leones,  
 Flectit & hircinus durum adamanta crux.

Nec

Nec precibus, nec ui mors flectitur, arte nec ulla,

Duritie hæc superat ferrum, adamanta, feram.

Te Iouis arbitrio patiens committito totum:

Hanc licet abstulerit, mox dabit ille nouas.

Hoc opus ad Veneris uobis solita arma supersunt.

Nec sua uis almo( crede) minuta Deo est.

Sic uisum superis, muliebri filia sexu

Cederet hinc primum ut sanguine nata tu.

Altius hoc telo fortunæ uulnus iniquæ

Cepisti fateor, monstrat & ipsa Physis.

Nec mirum: fuerit cum prima ac unica proles

Omnibus infracto at fata ferenda animo.

Mutua quæ dederis, repeatas ea iure licebit:

Quod tibi dij dederant, nunc rapuere suum.

Fatorum imperio, cui subdere, cedito prudente

Nil agit omnipotens, quim fateare bonum.

Culpabis nunquam, quicquid mutabile non est

Ad superos quæ abiit, nata, redire nequit.

Nec uelit ut possit: præstant æterna caducis,

Præstat & humanis cœlica uita malis.

Iacturam fati nunquam sarcire licebit,

Perniciemq; ultro accersere, turpe, sibi.

Regius ut natum audiret perisse Prophetes;

Dicitur hic lachrymis imposuisse modum.

Nec dolor in cœtum uetus prodire Pericent,

Perdiderat quarto ut pignus utrumq; die.

Filium ubi extinctum Xenophō certamine nosset;

Incæpto constans institit officio.  
**D**edicat inceptam Puluillus Horatius ædem  
     Fortè Iouis, cum audit natum obijisse suum.  
**D**ecidit ut tecto proles dilecta Dyonis,  
     Matronis corpus mandat humare Dyon.  
**R**omano Aemilius populo præsente, perēptos  
     Gaudebat natos plebis amore suos.  
**N**atorum ob mortem sic suppressere querelas  
     Martius & Crassus, Sylla, gravisq; Cato.  
**S**ic Fabius, Bibulus, Cæsar, Cornelia, mater  
     Gracchorum, extinctos non doluere suos.  
**E**rgo age letitia mentem modò Orange princeps  
     Exple, luxisti iam satis atq; satis.  
**Q**uae fuit horrendæ, tristiq; obnoxia morti,  
     Filia non obijt, sed patriam petijt.  
**A**n' ne loco inuidas natam meliore locatam?  
     Pro terra, huic cœlum, proq; labore quies.  
**P**ro patre mortali accessit pater ille perennis:  
     Quod potius lacte est, nectar & illa babit.  
**T**u Lotharingiacæ gentis decus Anna, sereno  
     Pectore tristitiam nunc remoueto grauem.  
**M**asculeam breuibus sobolem paritura diebus,  
     Campana que ius in regione dabit.  
**N**unc lachrymis uanis, moestisq; citare querelis  
     Sopitam æthereo parce sopore precor.  
**M**itte inquam uelut immaturo funere raptam  
     Flere, Abrahæ recubans dormiat illa sinu,

Ter sanctum ingeminas sanctorum cum grege numen,  
(Cuius honore polus, terraq; plena) canat.

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI ORANGIÆ eidem adscriptum aliud, per  
eundem pro strena huius in-  
euntis anni.

Magnanimiti Gheldris gratissime Orangie princeps,  
Iunxisti lenis quos sine cæde tibi.

Subiectis parcens, in imicis semper amice,  
In cunctos facilis: sanguinis haud sitiens.

Gratatur redditum praesenti carmine Cimber,  
Gloria Musarum, Phœbe tuumq; decus.

Cimber Iacobus quamuis sit, Orangie princeps  
Non Aquilæ hic hostis, Principis ille cliens.

EIVSDEM AD EVNDEM ILLV-  
stris. princ. Orangiæ, & alios prin-  
cipes, Votiuum carmen.

Xειρός σε σπειρέτω λιανῖ ἐν παντεσ λιλυτέ αέρχωμ  
Δοίη νοσήστειρ εἰθέ σε σὺ γε θεός.

Αἴθέ σε ασπίζοι πάσσης ἔχθρων ὀπώνειδηρας,  
Οιναδέ σοι διώη νόσοις ἄλυποις δύος.

Ηδὲ ὄραρ πανιῶμ παῖδες πλάγιοις, λικὶ αρίγγοις,  
Εὐγονίαν πορέοι τῆς σε γυναικος ὄραρ.

Καὶ σε ἄρι ασπίζοι φίλε Μαξιμιλιανὲ θεός μή,  
Σε ἐνδὲ οὐ μετέρροις πᾶσι ρόβερτε μύοις.

Χειρός τηρέτω αὖτε Μαρίαν βασίλειαν,  
Καίσαρισσώ Καέρλω, τῷ λιαστιγνύτῳ δύο.

D. FRANCISCVS CRANEN-  
ueldius Imp. Maest. Consiliarius,  
ad Lectores.

Grudius ingenio magnus, & diuite uena,  
Principe de magna nobile scripsit opus.  
Paciferam quam iure uocent seriq; nepotes,  
Et quæ succedet tempore posteritas.  
Hoc legite, & si quis lachrymas tenuisse putetur,  
Dicite prognatum cotibus Ismaricis.  
Sic rerum Fortuna uices uersauit abundè  
In rebus tantæ Principis omnigenas.  
Quam semper quod lœta tulit, uicitq; procacem.  
Nunc meritæ cœlum reddidit Altitonans.

CARMEN

CARMEN SEPVLCHRALE  
 in Funus Illustriss. Principis, D. Margare  
 tæ Archiducis Austricæ, Ducis Co-  
 misq; Burgundiæ, &c. autore  
 Nicolao Grudio Iure-  
 consulto, &c.



Anguine ab Austria co ductum genus  
 ordine longo,  
 Hic sita sum, claro præfulgens stem-  
 mate, Princeps

Margareta. ille mihi genitor Maxæmylianus  
 Cæsar erat, Cæsarq; & auus, Cæsarq; Philippo  
 Fratre nepos, pulchrū decus ampli Carolus orbis:  
 Cui Deus imperium, sol qua exerit aureus undis  
 Mane caput, seraq; & qua se nocte receptat,  
 Esse dedit, sanctumq; omni ius dicere terra.  
 Regaliq; nepos splendens diadematæ, Magnus  
 Fernandus, quem regna superba Bohemica regem,  
 Hungaricumq; solum, & duri ueneramur Eoi.  
 Quattuor & sancto concordes pectore neptes,  
 Quarū sacra manu tres nunc quoq; sceptra gubernant,  
 Imperium ditis feliciter orbis. (naut,  
 Quarta sed hæc Dano fuerat concredita Regi)  
 Sic pietas cœlo grata est, prælata beatis  
 Nunc animis, folio micat immortalis in aureo.

Vita mihi in curis uarijsq; laboribus acta est,  
 Et nusquam instabili Fortuna uolubilis orbe

Visa magis lusisse, uelut me ex omnibus unam  
 Impeteret, nostræ siue ultima tempora uitæ  
 Inspectes, medium ue ætatem, aut tempora prima  
 Qum primum è tepidis prorepsi paruula cunis.  
 Irrequia ferus miscebat prælia Mauors.

**Lod. ii.** Hinc asper Lodoicus in arma ruebat, aperto  
 Procedens campo, pater hinc stetit Aemylianus,  
 Sæuaq; lucifera spargebat uulnera dextra.  
 Qum pater altitonans nimii fera prælia et iras  
 Pertæsus, tandem ut moesto succurreret orbi,  
 Auxilium statuit me adflictis ponere rebus.

Vix du Parca mihi ternos bene neuerat annos,  
**Anno 1492** Et procul à patria ad sponsalia iura uocauit

Sanctus Hymē, Frācasq; ornauit honore per urbes,  
 Ceu mihi uir quondam Lodoici filius esset  
 Carolus, octauo id nomen cui contigit. Illic  
 Longa mora est, at non unquam res pacta fidesq;

**1491.** Firma fuit Belgas (ita Sors remeauimus urbeis  
 Quom nondum mea bis septenos uiderat annos  
 Aetas. Hic tranquillæ iterum mox causa Quietis  
 Ipsa fui, nec me proprij mouere dolores,  
 Publica quin nostris præferrem lucra querelis,  
 Placaremq; pijs monitis precibusq; parentem,

**Carolus 8.** Conciliansq; patrem Carlo, Carlumq; parenti:  
 Sic tamen, Arthesium ut cedat, Borgundaq; regna.

**1495** Mox uero, ut tria lustra dedit Deus, ad noua du-  
 Colmibia, Hispano ueni gratissima regi. (cor  
 Iungi

Iungimur: ipsa Venus nostris gauisa hymenets  
 Fausta fauet, gratos thalamos præsensq; frequentat,  
 Atq; meo sua dona utero fœcunda ministrat.

En iterum inuidere mihi fata improba. nam uix  
 Astra pater Titan per bis sena egerat axem,  
 Quū rapit, heu, mors sœua uirū, eternisq; tenebris  
 Includit properans. Sed filia parua superstes,  
 Pulchra quidē, & nunquam reddituri patris imago,  
 Que luctusq; mihi (rebar) miserosq; dolores  
 Leniret, patrijsq; hæres succederet aruis,  
 Mansit. at, heu, non illa diu (fata impia) mansit.  
 Nāq; sequita uirū, uitæ ipso in limine, uitā (bra.  
 Perdidit, & patria immixta est parua umbra tene-

Ergo ut terna mihi est æstas & brumæ peracta,  
 Sole sub occiduo, & iustas proliq; maritoq;  
 Exolui exequias, claro me Belgia plausu  
 Excepit reducem, letosq; impendit honores.

1498.

Hic mihi dulce fuit longum requiescere, sed non  
 Lubrica me & nostræ Fortuna inimica quieti  
 Sic patitur. uix nam binos consedimus annos,  
 Quom mox, septena uitæ trieteride, ad oras  
 Allobrogas me fata trahunt cœlestia, forti  
 Nupta Duci, imperio communi ut sceptra tenerem.  
 Et tenui, & placuit mihi uir, placuiq; uicißim  
 Ipsa uiro, & parili studio certabat uterq;  
 At Fortuna ferox, nimiumq; rapacia fata  
 Armata in nostrum semper caput, insolandam

1500.

1503. Hoc quoq; tam charo uiduarunt pectori, et atra,  
Dulcia, o quam ex clara onerarunt lumina nocte.  
Et me perpetuo damnarunt perfida luctu.

1506. Nec satis hoc: parui mora tēporis, et mihi frater  
(Ut nusquam nisi triste mihi mea fata parabant)  
Ante diem Hispanis cadit et tumulatur in oris.

Hinc gemitus rursum, et loqae noua causa querelæ,  
Hinc etiam mihi cura noua, et noua causa laboris.  
Quippe pater Cæsar me regna ad Belgica rursum  
Deuocat, et solita suadet consistere terra.  
Tum uero mihi grata cohors, populusq; patresq;  
Applaudunt redeunti, et leto murmure cœlum  
Omne sonat, pulchrisq; urbs splendet festa triūphis.

Hic sancti iura Imperij, uenerandaq; sceptra  
Dat pater ipse manu, tota adfirmante corona.

Anxius et uigilem curamq; et commoda rerum  
Publica cōmendans, propria me in sede locauit:  
Multæ monens, paruo ut seruem sua iura nepoti,  
Hunc fore, qui latè imperium terræq; marisq;  
(Si tanen infernæ nestant bona filia sorores)  
Obtineat, nutu diuīm, et felicibus astris.

Seruaui: meus hic amor, hic mea maxima cura.  
Institui, fatisq; aptum uenientibus olim  
Esse dedit: siue illa togatæ mollia pacis  
Munia dent iuueni, et tranquilla uiuere in urbe:  
Seu cogant rigido conclusum corpora ferro,  
Ire procul, signumq; inimica figere terra:

Hosti-

Hostilesq; acies perrumpere: et agmine fuso,  
Ferratis terebrare hastis trepidantia terga.

Hæc studia, hæc mihi cura fuit: licet ipsa quiete.  
(Sic natura dedit) pacis studiosior essem  
Semper, et insani horrerem certamina belli.

Interea Stygijs discordia sedibus acta,  
Ecce patremq; inter Lodoicumq; et Fernandum, Lodo. 12.

Francia quorum illum duodeno hoc nominerem,  
Hunc latè Arragonumq; urbes et rura colebant,

Dira uenit: multumq; hausisset sanguinis, ultro

Sed medium memet statui flammantia mulcens

An. 1508

Pectora, et unitos coniunxi in foedera reges.

Ni facerent, Anglo thalamos me iungere regi

Henrico simulans: quamuis non mens mihi talis,

Henri. 7.

Qui nostros tunc haud simulans ambibat amores.

Sic quoq; Ioanni seruabam regna Nauarro.

Ioannes

Hæc mihi uita fuit, donec maturior ætas,

Dalebret.

Et robur, meliorq; animi uis aucta nepoti

Sic tulit, ut propria ipse manu sua sceptræ teneret,

Et populis latè leges daret arbiter æquas.

Ergo ubi tempus adest, lætanti splendida dextra

1514.

Restitui sceptra, exonerans, opulentaq; regna.

Maximus ut quondam dederat pater Aemylianus.

Et iam tot grauiū requies mihi parta laborum

Esse uidebatur, sed non fera fata sinebant

Ocia me, et placidos securam carpere somnos.

Torruit ut terras ter Cimhius igne propinquo,

Terq;

- Terq; hyemis, fugiens, cessit sua regna rigori,  
 1517. Carolus Hesperiae pelago petit ultima regna,  
 Quæ maternus avus Fernandus morte reliquit,  
 Et mihi Belgarum rursus moderamina rerum  
 Imponit, celeriq; uolat per Atlantica classe  
 Aequora non longum, terrisq; potitur amatis.
- Inde iterum auricomus rutilanti sidere Phœbus  
 1520. Ter propè, ter procul abfuerat, quiū Carolus orbe  
 Latus ab Hispano redit, ut sacra tempora sacro  
 Ornet Aquisgrani antiqua diadema in urbe.  
 Hic rursum noua pax mihi pacta est. Anglia debet,  
 Si norit mea dona, mihi. testabitur id rex  
 Henricus, quem cuncta suo post sacramento  
 Purpureum per legatum, proceresq; sacrificatos  
 Firmantem, & post id concordia corda uouentem,
1521. Bruga, quater ternos post menses, Flandrica uidit.  
 Inde corona sacrum ut cinxit Romana capillum
1522. Cesaris, ille iterum chara ad sua regna reuertens,  
 Me iubet insueta intrepidam persistere cura.  
 Quid facerem? nil fas charo renegare nepoti.  
 Nec tamen haud sensi quanto in discrimin'e rerum  
 Sisterer, & quantum in dubia uersarer arena.  
 Præcipue quando iunctim ill'hinc Francicus hostis  
 Irruat, atq; hinc Anglus amarus, tela paratus  
 Et serere excusso longè fera uulnera neruo,  
 Parte alia indomitū Gelri genus agmina iungant.  
 Sed patrē Diuūmq; hominumq; in uota uocauit.

Iullius

Illi⁹ auxilio non unquam uicta, nec usquam  
Me duce diminuit quisquam sua regna nepoti.

Quin contrā ualida ipsa manu, ingenioq; potēte  
Perdomui Frisiumq; trucem, & Traiectia bello  
Moenia, cum patulis urbs, queis ea cingitur, agris.  
Rura benigna adde, & multis clara urbibus crua,  
Quæ celeb̄r curuo præterfluit issula fluxu.  
Omnia quæ longè absenti dominoq; nepoti⁹;  
Afferui, & clemens placida sub pace beauī.  
Pax mihi cura die fuit, & mihi somnia nocte.

Pacis amore dehinc Cameracum tendimus: illhic  
Composui celebrem per secula longa quietem. 1519.

Et patriam, & magno dedimus sua pignora regi  
Francisco. Ticinam etenim hic tum tendit ad urbē,

Et frustra Aſoniam atq; iuitis uincere fatis  
Agreditur, fidens animis, bene Cæſaris armis  
Obrutus, & procul in terras deuectus Hiberias, 1525.

(Victoris quæ magna fuit clementia) liber  
Tutusq; in patriam gemino redit obſide nato.

Sic patriæ & patri, soboliq; & gaudiamatri  
Regis longa dedit mea dextera, quæ pia fœdus  
Principe cum præſente, & leta matre peregit,  
Eſſe iubens Anglo hæc communia gaudia regi.

Sed quis cuncta mea possit ſemel ore referre  
Fœdera pacta manu? Debet quoq; Gelrhia nobis.

Sed Bathauus diues, & amoena Brabantia debent,  
Qui toties, nuperq; adeo, per noſtra periculum 1528

Auxiliū atq; enses tetri effugere Tyranni.

Nec uero non & magnis Fortuna beauit  
Me me opibus, si quis uult ista requirere. tota  
Splēduit Aula auro, & strepuit lēto usq; triūpho.  
Quotq; alui iuuenesq; uiros? iuuenesq; puellus?  
Queis etiam bona multa tulit mea dextera, dotes  
Regificas quae larga dedit, clarosq; Hymenæos  
Conciliavit, & ad nitidos subuexit honores:  
Et miseris, semper miserans, subuenit egenis.

Non unus mea rex petijt connubia. raptus  
Sed quando ille meis oculis Sabaudus, ibi omnis  
Pertæsum est tedē, atq; toros exosa iugaleis  
Castā egi in uiduo post cetera tempora lecto.  
Illa auida procul adspirans ad tempora mente,  
Omni quum cura exutam, tutamq; malorum  
Relligio me sancta sacrata in sede uideret,  
Electentem assiduis aras ac numina uotis,  
Numina queis diteis arasq; & templa dicauit.

Tales sollicito uoluebam pectore curas,  
Vis quum seua grauis subiit mea corpora morbi.  
1530. Presbit & assiduò magis ac magis. Ilicet illam  
Sensi instare dicim, curis quæ soluere acerbis  
Vna semel posset, largiriq; ocia tuta,  
Gaudeo: sed magnum à nobis Germanica regna  
Cæsara tam procul & longū quod lenta morantur,  
Displicet: & quod non illi sua sceptra referre  
Præsens præsenti potui, atq; extrema uoluntas

que

Que foret exprimere, & sacris premere ultima la-  
Oscla, uale & tremula supremū dicere uoce. (bris  
Id quādo haud licuit, per tristia scripta locuta,  
Regna beata opibus, cum fœnore, iusta rependi.  
Multā orans, prudensq; iterumq; iterūq; monebā,  
Ut rata deuincto seruaret foedera Franco,  
Commendans longamq; et in omnia tempora pacē.

Hæc propter meritæ, nomen pia turba ferebat  
Paciferæ dum uita fuit. post funera mansit  
Nomē adhuc, longumq; extendet fama per æuum.  
Quippe nec ægra unquā & præsenti subdita morti  
Cessauit populis grata dare commoda Pacis.

Mors quoq; tranquillæ non absimulanda quieti  
Nostra fuit, nocte in media, atq; silentibus umbris,  
Ne nostro turbata nouo Machlenia casu  
Concuteret nimium duro pia corda dolore.

Spiritus ut cessit cœlo, de nube serena  
Paciferæ inferiasq; niuem, cendentia uela,  
Omnipotens sparsit totam prudenter in urbem,  
Ominaq; ut uulgas diuorum in parte locatam  
Disceret, & lachrymis minus indulgeret amaris.  
Cæca sed, ô hominum, semperq; ignara Deorum  
Pectora: nō lachrymas tenuit, nec corpora quisquā  
Abstinuit planctu. nec mea luxit ademptam  
Urbis sola, aut domus, aut nostros expertalabores  
Belgia: sed procul et Francus me, et Gelrhus et An-  
Flechit, et Hesperius uicino tostus ab æstu, & (glus

Sarma-

Sarmata, cui rigida resonat coma creta pruina.

His uolui corpus condi, quæ templa sacraui  
Ante Deo.cor Bruga tenet, tenet hæc quoq; matræ.

Vlterius uos fieri uetat Deus, haud mihi qcquam  
Triste fuit: non poena mihi, aut regna infera uisa,  
Excubitor ue niger triplici metuendus hiatu,  
Aeratas qui Erebi ante fores, limenq; malignum,  
Cerberus, horrendum tonat, & tria iugiter ora,  
Ora atris (dirum) nebulis undantia pandit.  
At recta in patriam, per sidera clara coruscis  
Ignibus, & curuæ radiantia lumina lunæ  
Lactea sanctorum lœtantem semita duxit.

Hic tum Paxq;, sororq; Fides, cum uirgine cæca,  
Sidera quæ quondam terras exosa pectiuit,  
Obuia, quæq; mihi iunxerunt oscula, quæq;  
Pectora, & in summi duxerunt teclæ Tonantis.  
Gaudia ubi eternum, & nullis mixta ocia curis.

CLARIS. PRINCIPI, DOMIN. BEN.  
MER. NICOL. GRVD. BELGA PER-  
PET. TRISTIS DESIDERII SVI TE-  
STIMON. MONUMENT. Q. HOC  
FEC. AC DEDIC. AN. M. D. XXXII.  
IDIB. APRILIB.

Q. VIX. ANN. CIRCITER LILMOR  
TVA AN. M. D. XXX. PRID.  
CALEN. DECEMBREIS.

IOAN

IOANNIS SECUNDI HAGIENSIS  
lugubre carmen, in eandem Principem  
iamiam moritūram.

Ergo nigra dies et adest quoq; flebilis hora,  
Fœmina dia tibi, nec mors diademata curat?  
Ergo longa quies tibi iam properatur, et ista  
Lumina perpetuis claudet nox una tenebris;  
Nec pietas, nec sancta fides, nec nobile stemma,  
Belgica nec diuos tellus miseranda mouebit.  
Scilicet hoc fuerit, tumidæ monuere quod undæ:  
Et terræ lachrymas suggesserit Amphitrite.  
Illa orbanda sua rectrice, orbanda parente,  
Iam nunc in riguos meditatur abire liquores.  
Parce pijs lachrymis tellus, et parce querelis,  
Nec mutare uelis quod stat fatalibus olim  
Ignibus impressum, nullis reuocabile uotis.

EIVSDEM P. IAM MORTVÆ  
Epitaphium, per eundem Ioan.

Secundum.

Cæsaribus proauis, et Cæsare clara nepote,  
Margaretæ Austriaci sata semine Maximiliani,  
Illa ego quæ miti rex moderamine Belgas,  
Et per sceminas percusso foedere dextras,  
Tranquilla populos et longa pace beauit:  
Sic fato depressa cubo, tellusq; tenebit  
Nescio quid nostro de corpore pulueris atrit.  
Lustra decem uitæ Lachesis modò neuerat, et mox

Stamina Parca ferox fatalia rupit, iterq;  
 Ire per obscurum, nulli remeabile, iussit.  
 At uos pleibeio geniti de sanguine, quando  
 Ferrea nec nobis didicerunt fata, nec ullis  
 Parcere nominibus, patientius ite sub umbras.

S P E C T A T I S S I M O L E G A T O

Francisco à Turri, vicecomiti Turrenæ, viro  
 clariss. Ioannes Stratius Belga S. P. D.

Vm scripsisse oratiunculam, nobilissime  
**C**Legate, in diem illum festum, quo tu in Au-  
 gustæ præsentia ac frequentissima illa uirorum  
 principum celebritate, Leonoram per despon-  
 sationis solennia futuri connubij nodo, Chri-  
 stianissimo regi coniungeres: uisum est nulli re-  
 ctius dicari à nobis eam posse quam tibi, ut qui  
 princeps hanc legationem obtinuisse, ambien-  
 tibus multis, & quidem præpotentibus uiris in  
 Hispania: ita gesisses, non modo ad singularē  
 tuam gloriam, sed ad omnium propè gentium  
 salutem: ut uisis ad hunc usq; diem, auditisq;  
 Legatis, habitus sis optimatum iudicio, ma-  
 gnoq; ipsius gentis consensu longè præstavior,  
 longeq; sapientior. Quocirca ( per Deū ) cuius  
 nomini nuncupari melioribus de causis potu-  
 it, quam tuo: in cuius sinum, ac propè ample-  
 xus tota se Hispania ( qua iter fecimus ) tam  
 gratulabunda projecit, effudit, explicauit, ut  
 nulla unquam uila fuerit maior consensio, aut  
 aper-

aperior Hispani populi uniuersi in externo ul  
 lo legato excipiendo, quām in te honestando.  
 Non enim nunc commemororo, quo loco Au-  
 gustæ Legati gratulatum uenerant, non on*ī*  
 bus locis festos & actos & institutos dies, non  
 celebrem illum Victoriae urbis ingressum, non  
 Verauescē munificentiam, non Musburgorum  
 splendorem, non Pintiæ liberalitatem, non eo  
 questres illos cursus, non magnificentissima il  
 la dona percensere statui. Enim uero singulæ cē  
 uitates in te ac comitatu tuo ornando, tanta  
 ubiqz beneficentia, tanta hospitalitate, tanta in  
 ter schumanitate concertarunt, ut singulas de  
 principatu dirhicasse iudicauerim. Omitto tot  
 Comitum, Ducum, Præsulum congressus, con  
 uiua, spectacula, quæ omniū ubiqz plausib.  
 in  
 tuū aduentū excitabātur. Sed in præsentia equū  
 dē nō institui laudū tuarū panegyricū. Quare  
 inhibēdus mihi uidetur cursus epistolę meę, lō  
 gioris fortasse quām par est. Tamē hoc dicā, &  
 breuius quām tāta res dici possit, Hispanos, Ita  
 los, Gallos, Germanos, ceterosqz populos, si int  
 telligāt quid præstāti tua prudētia, quid grauz  
 tate, cōstātia, ac magnitudine cōsilij tui perfec  
 ris, magnā se suę felicitatis partē acceptā tibi re  
 ferre debere. Volui igitur hāc opellam lectissi  
 me Legate, in quę superi atqz homines omnia  
 ornamēta cōgesserūt, in tuo nomine apparere,  
 quā defessi ab aulico strepitu colligendi nostri  
 causa succisiuis horis lusimus. Quām uero id

raptim celeriterq; fecerimus, assuerare tibi de  
nobis potuit discedens patronus ille meus, ob  
regia & publica munia, Claudius Guichius, uir  
ad gloriam & dignitatem natus. Quo certè ani  
mo sis accepturus exiguum hoc munusculum  
mēum, non obscura benevolentiae tuæ signifi-  
catione erga me exploratum iampridem atq;  
cognitum habeo: amicissimo nimirum & can-  
didissimo, quo omnia eorum soles, qui hone-  
sta aliqua officij specie adducti, clientelæ tuæ  
numero atq; albo ascribi atque annumerari cō-  
tendunt. Quare nihil est quod dubitem (quan-  
tulum cunque hoc est, quod certè minimū est)  
quin statim id nominis tui patrocinio tectum,  
in omnium manus quam tutissimō emitam:  
modo deferendi ad te studij nostri suscep-  
tio fidem tibi faciat, nemini me ex ihs qui di-  
gnitati tuæ fauent, benevolentia, neque obse-  
quio concessurum, & lucubratiunculam hanc  
tanquam obfidem perpetuæ meæ in te uolu-  
tatis ac obseruantiae, hilari fronte accipi-  
as. Vale. Ex Harendo, quinto  
Calendas Aprilis.

AD

# AD EMINENTISS.AC

NOBILISS. LEONORAM GAL-  
liae reginam, Caroli Cæsaris germanam foro-  
rem, de eius felicitate, et matrimonio cum  
Christianissimo Francisco Gallo,  
rum Rege, Gratulatio.



T si in amplissimum hunc locum &  
confessum tot aulicorum procerum,  
quorum hic frequentiam & dignita-  
tem video, nihil afferri consentane-  
um est, nisi summis eloquentiae ac industriae faculta-  
tibus exornatum: uicit tamen quorundam horta-  
tus, ut qui neq; usu satis & ingenio parum possem,  
suscipere prouinciam hanc, uelut publica uoce,  
gratulandi tibi, Regina Leonora, praesentis diei ce-  
lebritatem. Quod eo feci audacius, quod cū tuæ lin-  
guæ ac nationis homo essem, existimauit pro patria  
mihi tecum communi uinculo ( cui magna uis intelle-  
solet ) pro meo quodam quasi iure uendicare alio  
quid me mihi potuisse: & ipso certè ueritatis offi-  
cio impulsus, cuius robore honestissimi cuiusq; res-  
niti solent, nō potui temperare animo meo, quin in-  
credibile gaudium ac inuisitatem letitiam, quam ho-  
dierno die cunctis gentibus peperisti, quantulaçun-  
que possem oratione Celsitudini tuae, ac astantibus  
repræsentarem. Quod si non cum tanta dignitate &

me fieri senties, quantam eius argumēti fœcunditas  
 desiderat, tribues partim hoc meo ergo amicōs obse-  
 quio, quorum ego neq; benevolentiam ignorare er-  
 ga me, nec autoritatem aspernari, nec uoluntatem  
 negligere debeam: concedes partim ardori nostro,  
 quo nihil molimur aliud quām honestum aliquod d-  
 uoluntatis ac obseruantiae nostrae indicium apud tu-  
 am Celsitudinem de promere. Dicam enim de ma-  
 gnitudine immortalis beneficij tui in Rēpubli-  
 can Christianam, dicam de felicitate matrimonij  
 tui. Contendamq; (si modò id consequi potero) ut  
 omnium generum ac ordinum homines intelligant,  
 ad festum hunc diem celebrandum (nisi sceleri se-  
 scæ astringi patientur) nihil gaudij, nihil lætitiae præ-  
 termitti oportere. Quod dum tu Regina Leonora  
 æquissimo animo audies, reliquos tot omnis ordinis  
 principes uiros, tot egregios præsules, tot clarissi-  
 mas fœminas, idem ut faciant exoratos uelim. Nul-  
 lis siquidem dies illuxit post homines natos Reipu-  
 blicæ Christianæ felicior, faustior, cädidior, quām  
 is quo tu Regina Leonora indissolubili cōiugij uin-  
 culo, per sponsalium iurium solennia, Francisco re-  
 gi (procuratore Turrenæ Vicecomite) iungeris ac  
 uxor coniunxq; designaris. Quem diem omnes bo-  
 ni, qui est duodecimus Calendas April. natalem no-  
 bis constituunt, cumq; ad sempiterni memoriam  
 temporis inter fastos sc̄ relatueros recipiunt. Nam  
 hodi-

bodiero die actum uidetur, ut cuius pacis clarissimæ heroinæ Margarita & Lodouicæ principes in Cameracensi illo conuentu fundamenta iecerunt, eius nunc extructum ædificium, absolutumq; opus tencamus. Quis enim in præsentia non intelligit, Reipublicæ Christianæ tot principum dissentionibus, tot generib. calamitatū desatigat.e, ac penè prostratæ, certissimā nūc per te pacē cōciliari & tranquil litatē affterri? cōstitui iudicii & recreari fidē omniaq; bellorū furijs dil ipsa seueris nūc legibus cōvinciri. Quantū mehercule reginae Leonoræ orbis debeat, animaduertere mihi nullare melius posse uidetur, q si belli incōmoda et pacis ornamēta inter se cōferat. Quæ recordatio quāuis iniucūda fortasse fuerit, tam uoluptatem quandam nescio quomodo secum adfert, dum pacis utilitatem carendo magis quam fruendo sensu degustare solemus. Si enim orbis recordari uelit atrocitatem superiorum temporum, si tot clarorum exercituum interitus, si tot clades imperatorum, si eorum hominum memoriam excitare, qui omnia diuina et humana uexarint, uolant, perturbarint, euenterint: si discordias, ruinias, incendias, ægestates (quæ sigillatim percensere ut superuacuum est, ita præsentis quoque dici numen offendit ac deformari uideretur) intelliget profecto quibus hactenus uoluptatibus caruerit, & quanto, iisdem nunc redditis, Regine Leonoræ.

beneficio obstringatur. Omnia certè ea quæ bellorum  
 furiæ secum trahunt, hodierno istius tuæ cele-  
 britatis gaudio deleta, extincta, sublata, beneficio  
 tuo clarissima Regina cognoscitur. ut uideatur ha-  
 cenus Deus immortalis ob delicta à nobis omnibus  
 pœnas expetiuisse: nūc certè placatus, uel propitia-  
 tus ad unius tuæ Celsitudinis felicitatem, omnē tran-  
 quillitatis spem contulisse. Cui porrò nō in mentem  
 uenit, periculoſo illo freto Rmp. Christi, quo iacta  
 batur, ad naufragij scopulos adhæsuram fuisse, niſi  
 in portum tuæ felicitatis infugisset: quem equidem  
 niſi attingere contigisset, nullo modo incolumem se-  
 fore in posterum arbitrabatur. Per te enim ea quæ  
 luctuosis bellis in tenebris iacuerunt, excitata, lumē  
 suum recipient. Per te sacræ leges, quæ in armorum  
 strepitū (ut inquit Marius) exaudiri non poterant,  
 exaudientur. Per te ueterum institutorum uſus ad  
 pristinum uigorem nitoremq; reuocabitur. Per te li-  
 beralium artium studia situ penè obducta, enite-  
 scent. Per te præclara ingenia meritos honores adi-  
 bunt. Per te negotiatorum nauigatio intermissa, a-  
 gricultura deserta, exercebitur. Per te conquassata  
 omnia ac complanata, instaurabuntur. Per te deni-  
 que (nihil enim amplius dici potest) Christianus  
 orbis duraturam pacem consequetur. Cuius sanè bo-  
 no, quantum mortales capiantur, cùm alijs multis  
 exemplis ostendi potest, tum nullis (ut mea fert o-  
 pinio)

pinio) clarius, quam ijs que proximis superioribus  
 mensibus nobilissimus sapientissimusq; Legatus to-  
 to illo suo glorioso itinere spectauit. Quid enim ali-  
 ud sibi uolunt Hispaniae urbes? quid aliud testantur,  
 dum toto itinere dies festos eius aduentus agebant?  
 dum uitæ multitudine Legatorum undiq; missorū  
 celebrabantur, dum ad singulas ciuitates acces-  
 sus incredibili hominum gratulatione florebant:  
 quam iucundissimum esse ubiq; ex gratissimum  
 exoptate pacis munus: ut per agros ac montes ui-  
 disses pastoricos illos ac agrestes homines, adge-  
 stientes, adclamantes, adgratulantes Legato ma-  
 trimonij huius ac pacis procuratori? Post M. Atti-  
 lij ac T. Manlij tempora, quibus consulibus Iani  
 templum claudi contigit: post Cæsarem Augu-  
 stum, cuius tempestate Romani belli portas clau-  
 sas uiderunt, te nunc Leonora declarata Christia-  
 niissimi regis coniuge, toto orbe Christiano bellorū  
 portæ claudent ur. O' pacis utilitatem admirabi-  
 lem, fructum incredibilem, omnium profectò lau-  
 de, prædicatione, literis, monumentisq; decoran-  
 dum. O' uerè felices mortales, o' uerè beatos, si au-  
 gustissimi huius diei beneficia agnoscitis: si gaudijs,  
 si gratulationibus beneficiorum magnitudinem cō-  
 probatis. Sit sanè clarissimus ille reliquis ante po-  
 situs Scipionis Africani triumphus, qui superato  
 Hannibale, Romanis lætissimus extitit. Ornetur il-

le perpetua laude Pauli Aemilij, quem capto Per-  
sa Macedonum rege, magnificentissimum fuisse an-  
tiqui memorie prodiderunt. Nam triduo hic am-  
plissimis honoribus pompam circumegit. Maximo  
quidem grauiissimoq; splendore uno die alter. At  
queso obtestorq;, quis horū spectaculo præter unā  
Romanū gaudebat? Huius autem ab orbe condito,  
maximo pulcherrimoq; pacis triumpho, quis non  
toto orbe gaudet, lætatur, exultat? Perinde ac si sup-  
plicationum, ouationum, triumphorū repetita me-  
moria, cum iucundissimo hoc præsenti optatisse  
nostræ pacis munere comparari debeat, ubi ex alio  
rum calamitate & sanguine spolia uoluptatem ocu-  
lis ministrabant. Hic sanè ob suauissimam pacis au-  
ram, commune omnibus ubiq; gaudium ac letitia  
incedit. Neq; uero hoc loco dicendum suscepit, quan-  
ta suerint uetera illa Po. Ro. gaudia. Sic enim existi-  
mo, neminem esse tam parui sensus atq; ingenij, qui  
non intelligat uel clarissimam summorum impera-  
torum uictoriam, nec tam diuturnam, nec tantam  
Romanis letitiam attulisse, quāta hodierno die Re-  
gina Leonora non Romanos modò, aut cunctam  
Ital' m, aut Galliam, sed omnes ubiq; nationes affe-  
ciisse te, aperta hominum studia uocesq; declarant.  
Quæ igitur oratio tam illustris reperiri potest, quæ  
felicitatis tuæ splendorem æquare possit? Quæ tam  
ampla, quæ celebritatis tuæ ornamenti non sit mi-  
nor?

nor? **Q**uis unquam tam diuino & incredibili gene-  
re dicendi fuit, qui magnitudinem beneficij tui in  
Christianum orbem, non dicam ornare, aut ampli-  
ficare oratione, sed enumerare aut consequi posse?  
Quibus nunc te laudibus efferemus, parens ac dea  
nostræ uitæ? Memoriæ, nominis ac famæ regina Leo-  
nora, quibus studijs prosequemur? Quia beneullen-  
tia complectemur? cuius tanta beneficia consequi-  
mur, ut ea uix cuiusquam mens aut animus capere  
possit. At præter summam felicitatē tuam, qua ma-  
gnitudine beneficij tui excellentis atq; diuini omni-  
um animos mortalium demeruisti, fortunas tibi o-  
mnium, facultates, opes, uitam obstrinxisti, que ti-  
bi maior ascribi potest, ac uideri etiam amplior,  
quam ea que ex suauissimo isto sponsi tui commer-  
cio, & perpetua uitæ societate paratur? Nam præ-  
ter summa decora ac dignatum fastigia, que in il-  
la Gallia, arce ac domicilio omnium honorum su-  
stinebis, felicissima certè, ac omnium terrarum pri-  
maria fœmina tanti Regis connubio mihi iudicaris.  
Cuius de laudib. dum cogito, tam ample celebresq;  
sese ostendunt, ut laudare multi eius rectius quam æ-  
mulari posse uideantur. **Q**uid, dū Francorū regis no-  
mē auditur tantū, cognoscitur amplitudo regni, co-  
gnoscitur potētia, cognoscitur maximarū rerū uber-  
ima copia. Ipse uero rex Frāciscus spōsus tuus, quē  
aliquādo uidisti corā, cuius nomē ex Frācie regum

stemmate

sternate auditur, primum preter animi dotes quas  
habet planè regias, corporis sui præstantia heroas  
illos, quos ob excellentiam humanae naturæ decan-  
tat antiquitas, & quare etiam, uel superare uidetur.  
Conticebo, breuitatis causa, proceritatem, latitudi-  
nem, robur, conuenientem membrorum composi-  
tionē, tum uigore scintillasq; oculorum, formæ bo-  
nitatem ac præstantiam, qua ita præcellit reliquos  
orbi terræ principes, ut eadē de illo iure dici que-  
ant, quæ de Iasonē canit Orpheus:

Clarior in cunctis diuus splendebat Iason:  
Iuno etenim Letos oculis afflarat honores,  
Et pulchrum dederat, magnumq; & pectore fortē.  
Quid, imbutus ab incunte ætate illis studijs, bene ut  
armis, optimè ut equis uteretur, quas non ille copi-  
as duxit adolescens, nondum regnum adeptus? Ma-  
gnorum sëpe exercituum Imperator, quam cre-  
bro fortiter in acie dimicauit, ut nulli dubium sit  
(si maiorum rerum occasio gerendarum obtigisset)  
Alexandro illi magno, aut Cesari par euasisset. Sed  
alia sunt longè maiora, et si ista sint summa, In iis  
enim, ubi fortuna suas sibi partes uendicat, ea pres-  
sa leuiter ad exigui prædicationem temporis uide-  
ri solent. Quid de eius grauitate, magnanimitate,  
constantia dicam? quæ omnes docti atque sapien-  
tes summa quidem, etiam sola, bona esse dixerunt.  
Quid ingenio illius acutius, aut fœcundius? Quis  
illo

illo in dicendo grauior, aut ornatior? cuius è lingua, quod de Nestore Homerus memorat, melle dulcior profluit oratio. Iustitia uero, ac integritate tanta, ut neque Fabricius, neque Cato, nec Aemilius, nec Aristides, nec Phocion illi sit preferendus. Quid de illius humanitate? quæ profectò tanta est, ut qui omnes dignitate præcellit, humanitate par insinuis esse uideatur, tam ubique comis, tam affabilis, ut ne uel insimum quidem à suo colloquio repel lat, nullum uisus unquam tristem à se dimittere. Quanta in eo liberalitas sit, & externi populi, Principes, Legati experti sunt, & ciues quoque eius egregie prædicant. Clementia multa ac magna documenta afferri possent: ne enumerem, quot uenia & incolumitate donarit: tantam equidem audeo dicere, quantam in ulla orbis terrarum principe. Que omnia, ter maxima Regina in heroico sponsi tui uultu potuisti agnoscere, non sucta Regia specie, sed domesticis inusta notis ueritatis. De temperantia illius, moderatione, ac sapientia dicere, nisi temporis ratio moneret, breuem me esse oportere: tamen hoc non prætermittam (si hanc mihi benevolentiam ad me audiendum celeberrimus hic & eruditissimus hominum coetus concesserit) quod omnibus aut uirtute aliqua præditis, aut non nullo literarum amore inflammatis, non poterit nō & auditu iucundū pariter esse, & fructuosum. Suscepit

Scipit enim clarissimus Rex sponsus tuus, cogitationem operis post hominum memoriam longè pulcher rimi, eò nēpe uitæ suæ rationem transferens, ut maximis in uniuersum orbē collatis meritis, nominis sui famā ab iniuria obliuionis iudicaret. Significans orbi (ni fallor) non obscure, quanti pacē, tranquillitatem, oculumq; faceret, cūm eius ornandi ac illustrandi nullam non occasiōne querat. Constituit enim sapientissimus Rex in illa Lutetia Parisiorum gymnasium erigere, accessitis undiq; præstantissimis uariarum linguarū doctoribus, omnes omnium terrarū Academias, omnia Lycea superaturū. Admissurus eo loco ad certum annorū spaciū (destinatis ad eam rem sumptibus atq; redditibus) delectos aliquot omnium nationū iuuenes, ad capescendū ingenij cultū idoneos. Quo facto, totus orbis plus illi debet, quam ob institutas olim bibliothecas Pisistrato, Athenaeo, aut Ptolemæo illi Philadelpho, Aegyptia Alexādria: aut Lucullo, Cæsari, aut Asinio deniq; Pollio Roma sua debuit. Ad paucos enim bibliothecarū illarū usus perueniebat: huius certè amplissimi ac celeberrimi Gymnasij fructus, ad omnes ubiq; uirtutis aut humanitatis cupidos pertinebit. Alia ab eo gesta, et si summa sint et immortalia, extremū quidē hoc perfectissimum à prudentissimis hominib. iudicari audiūmus. Hæc imitamini per Deum immortale reliqui Christiani orbis principes, qui laudem

